

16

1.

a

29,0

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

1690

1. Bartholdi, Fridericus Jacobus : De incendiis famosis .. .
- 2^o, 6^o, c Bartholdi, Frd. Jacobus : Notitia signata
urgo Kempelpapir. 3) Sept. 17118, 1724, 1743.
3. Bartholdi, Frd. Jacobus : De subtilitate juris
sufficienciae.
- 4^o, 1^o Beckmann, Joh. Christph : Tricesimae
injuriae
5. Rhodius, Marcus : De dubitante
- 6^o, 1^o Rhodius, Marcus : De Gbris et Forum Templo.
7. Rhodius, Marcus : De immobili bus praatorum
aliorumque
8. Rhodius, Marcus : De periculo in uera.
- 9^o, 1^o Ding, Th. Lief. : De inspectione alienarum licer-
rum.

10. Rösserus, Ioh. Georgius: *Receptis principiis*

11. Rösserus, Ioh. Georg: *O. veneno adversus hostem
mūrpsato*

Petrucci, Niccolò Sagredo
Sagredo, Niccolò Petrucci

Sagredo, Niccolò Petrucci
Sagredo, Niccolò Petrucci

LIT.
earum
abeant,
d. Paul.

robet, se
ò fasci-
inodiae
rate ca-
eti; ali-
debut;

mplum in
orem ex-
stelliona-

im perfe-
dilacer-
Liberas
Thomina
bursantur
-3 dubi-
superfe-

iore Me-
asentem
duci ne-
us com-
tionibus;
q; magis
Hoceti-
ocum

24. 14
Q. D. B. V.
DISSERTATIO JURIDICA,
DE
**INSPECTIONE
ALIENARUM
LITERARUM,** 1690, 96

Quam
DIVINA ANNUENTE GRATIA,
ILLUSTRI JCTORUM ORDINE
IN ALMA HAC VIADRINA

APPROBANTE,

PRÆSIDE

MAGNIFICO UNIVERSITATIS RECTORE

DN. THOMA Siegfried Ring/
J. U. D. & Profess. Publ. Ordinar.

PATRONO AC PROMOTORE SUO

ÆTATEM DEVENERANDO,

IN AUDITORIO JCTORUM

Horis. Matutinis

Placido Eruditorum Examini submittet


A. & R.

Bottfried Wilhelm Grundmann/
BREGA SILESIUS.



Francfurti, Typis CHRISTOPHORI ZEITLERI, 1719.





PRÆL O Q U I U M.

Si ullum Inventum humanum admiratione^{1.} dignum, est profecto illud, quo certis Signis,
velut ex pacto constructis, sensa nostra ex-
primere, & absentes absentibus communi-
care valeamus; Literarum nimirūm Com-
mercum. Tām hoc admirabile visum Incolis Novi^{2.}
Orbis, ut rogarent Hispanos, nūm papyrus sciret loqui,
putarentq; Literas, quas mutuo ad se mitterent, anima-
tas esse. Facit mutum istud Colloquium absentes præ^{3.}
sentes. Sunt enim Litere organum præsentia; id præ^{4.}
stantes absentibus, quod sermo præsentibus. Etsi ve^{5.}
rò Scriptis colloqui etiam præsentibus aliquando usu
veniat: sicut Augustus Sermones grauiores cum fin.^{6.}
gulis, etiam cum Liviā suā, non nisi in scriptis & è Li-
bello habebat, ne plus minusve loqueretur ex tempo-
re; Sueton. in *August.* cap. 84. Idemq; Julianam in^{7.}
Amphiteatro scripto admonuit, *Macrob.* Lib. 2. Moris^{8.}
que erat sub Tiberio, quamquam præsentem, Scripto
adire Cæsarem; Cornel. Tacit. *Annal.* Lib. 2. n. 39. pro^{9.}
priè tamen & regulariter absentibus modo Literæ mit-
ti solent; *L. Confessu.* 2. *S. pen. ff. de O.* & *A.L.* *Qui absemi*^{10.}
ff. de Adquir. vel amitt. poss. Glosf. in L. i. C. de Contrah. stipul.
& in *S. Tutor.* 2. *I. de Auditor. Tutor.* Ne verò talia Scripto^{11.}
tecta Colloquia facile innotescant, sæpius clandestinis
& ignorabilibus characteribus scribendi, cum primis in
bello, uti juvat; quod instruit Artificium Steganogra-

A phi-

PRÆLOQUIUM.

11. phicum. Illustrarunt hocce studium, superiore Seculo,
Johannes Tritheimius, Hieronim. Cardanus,
Joh. Baptist. Porta; isto autem, præter Blasium
Vigenerium, Erycium Puteanum, Herman-
num Hugonem, Athan. Kircherum, Herculem
à Sunde, & alios, P. Gaspar Schottus Soc. Jesu;
qui in Scholâ suâ Steganographicâ Anno 1665. editâ,
varios & plerosque ingeniosos clandestinè scribendi
12. occultandiq; Literas modos ostendit. Ejusmodi clan-
destinas Literas Cicero etiam scripsisse legitur ad Atti-
cum, verb. Quæ ad Te de Legatis scripsi, parum intellexisti
13. credo; quia dia ὅρης scriperam. Imò ultimæ jam An-
tiquitatibus occultandarum Literarum ratio constabat; de
quo genere videtur Petr. Gregor. Tholosan. de Republ.
lib.16.c.4 & Georg. Schönborn. Politic.lib.16. c.28. n.2. cum
14. citat, ibi. Erat quoque, præter has tales arcana tegendi
vias, Veteribus in usu, Cerâ, sive lino & signo, muni-
re Literas: illud erat vinculum. Epistolæ obligatæ, cui
signum impositum; hoc præferebat imaginem ceræ
cretæve impressam; vid. Plaut. de Pseud. Ad. 1. Scen. 1. v.
40. & in Bacch. Ad. 4. Scen. 4. vers. 96. & ad hæc loca Taubmann.
15. Commentar. Nec erat integrum aperire Literas, nisi
vinculo soluto. Ita Parmenio apud Curt, Lib. 7. vincu-
lum Epistolæ solvit. Et cum apud Thucyd. Lib. 1. Ar-
gilius Sigillum (Pausaniæ Sigillo) simile fecisset, episto-
lam solvit. De hæc Veterum Consuetudine obligandi
& ob-signandi Literas videri possunt Lips. Epist. cap.
4. Adrian. Turneb. lib. 24. advers. cap. 24. Mercer. Lib. 2.
opinion. c. 23. Salmut ad Pancirollum, & alii Morem i-
stum Literas obserandi adhuc hodie servari novimus,
ne per-

PRÆLOQUIUM.

3

ne perscripta ad eos quibus patefieri volumus, aliorum
quibus nolumus oculis ultrò objiciantur, & vel aliis
quam ad quos mittuntur Literæ pateant. Dantur ta-
men nihilominus interpestivi rerum alienarum Ex-
ploratores, qui Secreti alicujus penetrandi desiderio
ducti alienis Literis promiscuè inhant & vim inferunt;
posthabito illo vulgato, opico tamen, Monito : *Alienas*

Literas ne ingucas! De quo cùm nuper conque-
ri quendam audirem, subit animum, quid circè Inspe-
ctionem alienarum Literarum Juris effet, curatus in-
vestigare. Cùm autem invenire quod dicas non satis
sit, nisi inventa ordine atque judicio dispenses ac dispo-
nas; hanc Tractationis rationem impræsentiarum ini-
vi, ut præmitterem Descriptionem Nominalem & Re-
alem; deinde Modos inspiciendi Literas alienas illici-
tos & licitos ostenderem; & deniq; adductis quæ Contra-
traria Inspectioni nostræ viderentur, Tractationem
omnem absolverem. Fxit Sancta Trias, ut

FELICITER!

C A P U T I.

continens

DESCRIPTIONEM NOMI-
NALEM ET REALEM.

SUMMARIA.

1. *Terminorum Interpretatio* | 2. *Prima cura de verbis.*
debet præcedere rei deter- | 3. 4. 5. *Etymologia voc. Inspec-*
minationem. | *tionem, Alieni & Literarum.*

A 2

6. usq;

CAP. I. DE DESCRIPTIONE

4. utq; ad 16. Homonymia vocis
Inspectionis. fuit.
17. Capitur hic vox Inspectionis 28. 29. 32. 33. 34. 35. 36. 38. 39. Li-
pro Lectione. terarum multiplex acceptio
18. Alienum quod dicatur gene- 30. Notæ non sunt Literæ.
- ralitur. 31. Non obligantur figuræ Lite-
ratum sed oratione quam
exprimunt Literæ.
19. Opponitur alieno proprium. 32. Quomodo different Literæ
cialiter. & hoc loco. ab instrumentis.
21. Exemplum strictioris acce- 33. Hic sumuntur Literæ pro E-
ptionis Alieni in constituen- pistola.
- dâ Servitute.
22. Literæ alienæ dupliciter con- 41. utq; 49. Vocabulorum Inspectionis
siderantur. & Literarum Synonyma.
23. Epistola copulat consensum.
24. Scribens censetur loqui pre- 50. Descriptio Thematûs nostri.
- sens presente, si ad manus ei- 51. Proprietate Literæ mittuntur
jus cui mittitur perveniat absentibus.
- Epistola.
25. Dominium Epistole manet 52. Qui dieantur verè absentes,
penes mittentem, donec ei remissive.
- cui mittitur tradatur.
26. Cum distinctione hoc accipi- 53. Possunt etiam Literæ mitti
endum. presentibus, si ad presentes
tanquam absentes dirigan-
tur.
27. Quomodo Literæ fiant alie- 54. Epistole ad presentes recte
næ respectu mittentis, & re- vocantur Literæ.
- specu ejus ad quam misse 55. Non omnis Lectio alienarum
Literarum improbat.

APH. I.

1. **C**onsentaneum est rationi, Terminos prius inter-
pretari, quam rem ipsam determinare. Ideoque
primam nostram Curam esse volumus, Verbo-
rum indagare Notiones. Sensumq; Juridicum evolve-
re;

NOMINALI ET REALI.

re; Methodo Interpretibus nostris usitatæ nihil detra-
hentes, quin potius sano accedentes judicio Taubman-
ni, in Epistol. ad Barth. Muscul. Hocum scribentis: Se ma-
gnidicas illas jactationes eorum, qui se REALES
specioso Titulo appellant. [ut qui meras res
tractent, verborum planè securi,] nil nisi man-
tellum ignoravie aut Emplastrum inficitiæ esse
censere, & appellare ita solere. Attenderadum ta-
men hic, ne quid nimis vel inepte.

II.

Quod ergò ad Derivationem attinet, notius est
quam ut dici debeat, Vocem INSPECTIONIS ex Præpo- 3.
sitione In & antiquo verbo specio compositam esse Vo-
cabulum vero ALIENI ab alio descendere; ut dicendo
alienum, dicas quasi, quod ad alium pertinet. Sed voci 4.
LITERARUM magis dubia est Etymologia. Dictas esse 5.
patant Literas, quasi legiteras, eò quòd iter legen-
tibus præstent, vel quòd in legendō iterentur, vel
quasi literam terentes; vel à Lino, quia quod scri-
bitur leviter chartæ illinitur; vel à Litoris, quòd ple-
rumq; in ceratis Tabulis antiqui scriberent, unde deleri
potuerint. Vid. Luc de Penna ad L. un. n. i. C. de Superint.

III.

Habentur vocis INSPECTIONIS Acceptiones in Le-
gibus nostris variae. Capitur enim aliquando pro nu 6.
do intuitu & spectatione, ut in L. ad Testium 22. §. condi- 7.
tionem. 1. ff. Qui testim. fac. l. Sed si 7. ff. Quemadm. testim.
A 3 aper.

6 CAP. I. DE DESCRIPTIONE.

8. aper. aliquando pro cognitione & consideratione : t. ult. ff. de mort. caus. donat. l. Cum quaritur. 6. C. de inoff. testam. l. Si privatus 17. §. fin. ff. Qui & à quib. manum. L. Lucius 28. ff. de instruc. vel instrum. legat. L. Debitor. 82. §. Servo. 2. ff. de Leg. 2. l. Si alienum 49. §. 1. ff. de hered. insit. aliquando pro exploratione & aestimatione ; L. cum qui 10. §. 1. ff. Commod. l. Si gratuitum 17. §. Papinianus 2. ff. de Praescript. verb. l. Si post. 9. ff. de Peric. & commod. rei vend. l. Si irs. aliam. 7. ff. de Off. Proconsul. Praeses. 7. ff. de Off. Praesid. l. rem inspiciendam 10. 78. ff. de furt. (in qua notione attendendum, aliud esse rem inspiciendam, aliud rem respiciendam dare, in l. Duo 23. ff. de Praeser. verb. Inspectio fit explorandi pretii causa; respectio elegantiae vel commoditatis laudandae igitur; Vid. Tabor. in Racemat. Criminal. ad d. l. 11. 78. ff. de furt.) aliquando pro excusione vel examinatione i. Si ab heredé 2. ff. Si ususfi. pet. l. verain. 11. §. pen. ff. de minor. l. l. §. si autem 15. ff. ad SC. Trebell. l. l. §. deniq; 1. ff. de Ulusfr. ad crescend. l. cum in annos 23. ff. quand. dies legat. 12. l. l. C. ubi pupill educ. Ejus notæ est Practicis usitata Ocularis Inspectio; de qua vid. Rutger. Ruland. de Commissar. P. 2. lib. 3. cap. 1. 2. & seqq. & Ludov. Gilhaus. in Arb. Judiciar. cap. 6. p. 2. art. 2. §. 7. itemque Dn. Stryk. de Jure 13. Sensuum Difser. 1. cap. 2. aliquando porro sum. fur pro Cu- râ, quâ acceptione Inspectores d. & i. in rubr. C. de Censib. 14. §. Censorib. interdum pro Visitatione, ut in rubr. & l. 1. in pr. & §. 6. ff. de Inspiciend. Ventr. l. Officium. 12. §. fin. ff. d. re militar. l. Aediles 38. §. vendendi 11. ff. de Aedit. Edidit, ali- 15. quando pro Visione, quod Græci οεωγλαν dicunt, ut in l. h. 63. §. quod si ff. de Acquir. rer. dom. l. bona fides 31. §. in- currit. 1. ff. depos. l. obligationum 44. §. circa. 1. ff. de O. & A. l. si 16. servum 91. §. nunc. 4. ff. de V.O. Sæpius etiam pro Lectione.

Ita

NOMINALI ET REALI.

7

Ita omnibus quorum interest Tabulas Testamenti inspicere *b. e. legere* Praetor pollicetur in l. i. pr. l. Tabularum 2. §. si dubitatur. 4. & §. inspectio s. ff. Tebam. quemadmodum aper. Et heres prohibetur à coherede Tabulas, Literas & rationes mortui inspicere, seu *Legere*. Qui heres 29. ff. de Acquir. vel omitt. hered. itemq; de controversiis quæ ex Testamento oriuntur transfigi non posse nisi inspectis. *b. e. lectis cognitisq; verbis Testamenti*, l. de his 6. ff. de Transact. inspectiq; *b. e. legi Acta*, Tabulae publicæ & Instrumenta dicuntur l. is apud quem 2. C. de Edend. l. Sacrilegios. §. Senatus. ff. ad L. Jul. pecul. l. Sancinum. 6. C. de Advocat. diversi. judicior. l. Aristo s. ff. de jure deliber. conceditur quoq; Inspectio i. e. *Lectio* rationum fiscalium l. illata 4. C. de fid. instrum. Et in hâc po. 17. Item à notione hec loci accipi volumus Terminum IN PECTONIS.

IV.

ALIENUM generaliter dicitur quod non est meum 18. l. fin. C. unde vi. l. si inter 15. ff. de Except. rei jud. Opponi 19. tur enim alieno proprium & suum l. Servus 21. ff. de condit. Instit. l. i. §. in propriâ. 11. ff. quand. appell. l. cum ex pluribus 27. ff. de solvi. l. danni 30. pr. & §. i. ff. de damn. infect. l. Paulus. 8. §. Paulus. 2. ff. de Legation. Specialiter autem & 20. magis propriè nobis hic *alienum* notatur, quod est in patrimonio alterius. Sic in hac strictiori acceptio. 21. ne servitus in alienâ re constitui dicitur, l. in re communi 26. ff. de S. U. P. l. cum effent. 33. §. per pluviam. l. ff. de S. R. P. l. utilius r. pr. ff. si. Usufr. pet. Et poslunt dupli. 22. citer considerari alienæ Literæ: vel respectu mit-

tentis,

8 CAP. I. DE DESCRIPTIONE

- tentis, vel respectus ejus ad quem missæ sunt.
23. Copulat equidem Epistola consensum, ita ut scribens censeatur præsens præsenti addesse & loqui Bald. in l. 2. ff. de Pact. Paris. vol. 1. cons. 127. n. 29. Strach. de Adject. pag. m. 784. n. 8. & pro diuersitate rerum, quæ in Epistolâ de scriptæ reperiuntur, mediante Epistolâ variij effectus producuntur: sed hoc non aliter quam si ad manus eius cui mittitur perveniat; tamdiu enim dominium Epistolæ manet penes mittentem, donec ei cui mittitur fiat traditio. Ut hoc recte capias distingue: Velenim Literæ ei ad quem directæ sunt insinuatæ fuerunt, vel non. Priori casu ille qui Literas accepit illarum Dominus est; l. si epistolam &c. pr. ff. de Adquir. rer. domin. nisi, eâ conditione sunt missæ, ut mittenti remittantur, qui ita mittens noluit earum amittere vel transferre dominium. L. cum qui 14 §, si Epistola 17 ff. de Furtis. Posteriori casu porrò distinguendum, an Literæ transmissæ fiat per Tabellarium ab eo ad quem sunt directæ missum, sive per illius Servum aut Procuratorem; an vero per alium ab ipso scribente vel alio delegatum: Illo casu dominium Literarum missarum, licet nondum insinuatorum, statim acquiritur ei ad quem directæ. d. l. 14. §. 17 ff. de furt. hoc vero dominium manet penes mittentem, d. l. 65. pr. de adquir. rer. domin. Sebast. Medic. de adquir. posseff. gloss. l. p. 1. n. 45. Vid. Lauterbach. Disp. de Epistol cap. 27. fin. §. 48. Intelligas ergo, respectu ejus cui Literæ mittuntur alienas esse Literas, usque quo ipsi non fuerint traditæ; respectu mittentis vero alienas fieri Literas, postquam sunt traditæ ei cui mittuntur, vel ejus Tabellario.

V.

28. LITERARUM quoque non una acceptio est. Significant

NOMINALI ET REALI.

9

sicant elementa & apices, quatenus differunt à Notis;
 L. 1. §. Sed 8^o 7^o ff. de extraordin. cognit. L. Lucius. 40. pr. ff. de
 Tescam. milit. Note enim non sunt Literæ; L. Sed cum 30.
 6. §. fin. ff. de honor. posseſſ. Hujus notionis est quod dici. 31.
 tur: non figurā Literarum, sed oratione quam expri-
 munt Literæ, quem obligari; L. non figura 38 ff. de O. &
 A. 1. 2. §. 36. verb. R. Literam invenit ff. de O. J. l. qua ratione 9.
 §. Literæ 1. ff. de adquir. rer. dom. § Literæ. 33. I. de rer. divisi.
 Potest etiam Litera capi pro scribentis manu; Cicero 32.
 ad Atticum: Nam Alexidis manum arnabam, quod tam pro-
 pè accedebat ad similitudinem tua Literæ; itemq; pro scri- 33.
 pturā; Cicero in Verr. Act. 3. Ut Romanum reddit, nullam Lite-
 ram pupillo, nullam Tutoribus reddidit. Denotant porro 34.
 Literæ prima Elementa legendi & scribendi; ut in L.
 Sextum 2. §. fin. ff. de Vacat. & Excusat. muner. l. ut grada-
 tim 11. §. fin. ff. de mun. r. & honor. l. libellorum. 3. §. item 2.
 ff. de Accusat. §. Similiter. 8. I. de Excusat. Tut. l. Si duas. 6. §.
 fin. ff. cod. l. ult. §. Sin autem dubius 2. C. de jur. deliber. l. no-
 strum 30. C. de Tescam. l. Pater 93. §. mutus. 1. ff. de adquir.
 vel omitt. hered. Alio significatu veniunt pro Chiro- 35.
 grapho & pro pactis L. qui mutuam 56. pr. ff. Mandat. L.
 Titia. 134. §. idem. 2. ff. de V. O. Item pro omni Instru- 36.
 mento & documento; L. Imperatores 29. pr. ff. de Probat.
 l. qui mutuam. 56 pr. ff. Mandat. Auth. Ad huc. C. de Fid. in-
 strum. Distinguuntur tamen Literæ ab Instrumentis in 37.
 L. 1. pr. C. de Jurejur. propt. calum. Ita ut instrumenta sint
 quæ Literæ publicæ à Cicerone appellantur, h. e. quæ
 vel à personā, publicā, vel uti Scribā Magistratūs, vel à
 Tabellione scripta sunt; Literæ vero appellantur pri-
 vatae; veluti rationes, brevia, Codices accepti & ex-
 pensi, Syngraphæ & cautiones à Patrefamilias conscri-
 ptæ; Joach. Mynsing. in rubr. ad Tit. Decretal. de fid. in-
 strum.

B

strum.

fuit.
 ibens
 n. l. 2.
 ag. m.
 à de-
 fectus
 us e-
 m E-
 titrur
 n Li-
 non.
 as est;
 ndati-
 mit-
 nium.
 i casu
 at per
 , sive
 er ali-
 su do-
 nuata-
 S. 17 ff.
 ntum,
 adquir.
 tol cap.
 è mit-
 fuerint
 literas,
 os Ta-

 Significant



10 CAP. I. DE DESCRIPTIONE.

38. *Strum. n. 9.* Vocantur præterea Literæ λόγοι, Disciplinæ, quæ literarum monumentis continentur; Plaut. in *Trucul.* Literæ didicisti, sine alio discere. Ita Literarum studia, Aut h. habita C. ne fil. pro patre. Literarum præsidia l. i. C. de proximis Comit. &c. Literata militia, l. proximos 8. C. de proxim. saceror. scrib. lib. 12. Literatus servus, l. ca. que 43. ff. de contrab. empt. (quamvis etiam Literatus literis inu-
stum significet, quomodo Literatum servum pro stig-
matico dixit Plautus:) Designat adhæc Literæ Episto-
lam, scriptum scilicet animi nuntium ad absentes, ut in
L. Paulus 47. S. quero 1. ff. de bon. libert. l. quidam. 26. ff. de Pe-
cun. constiit. l. Creditor 60. S. 1. ff. mand. & plur. alii locis. In
40. quâ proximâ significatione hic capitul.

VI.

41. Adeoque nobis *inspicere* nihil aliud est quam le-
42. gere, degustare, vestigare, explorare. Literæ autem
43. hic sunt Epistolæ (Epistolæ legitur in Pandect. Flo-
rentin. locis à Briffon. de V. S. in voc. Epistola allegatis; græ-
44. cum tamen est ētymol.) Ex Ital. Misivæ; Libri, l. un. S.
45. 2. ff. de Off. Quæst. Libelli apud Herod. Halicarnass. Uran.
46. p. m. 186. Breves vel brevia, L. inters. C. de convenient. Fi-
47. jci Debit. lib. 10. l. Excellentia 9. C. de erogat. milit. annos. lib.
48. 12. Unde descendisse videtur German. Brieff. Et in
Feudis breve testatum, vulgo Muth-Zettel der Lehn II.
F. 32. & I. F. 2. S. 1. quam vocem in antiquis Libris & Con-
stitutionibus usurpari frequenter notat Haimensfeld.
in Gloss. verb. Teutonicorum. & significare Epistolam vel
49. Schedulam. Dicebant etiam Literas prisci Tabulas vel
Tabellas L. cum Tabernas 34. S. idem que scit. 1. ff. de pignor.
Unde portatores earum Tabellarii denominati; Vido
Boer. Decis. 333. n. 1.

VII. De-

Describimus igitur populariter INSPECTIONEM A. 50.
 LIENARUM LITERARUM, quod sit Lectio ad se non per-
 tinentis Nuntii, scripti inter absentes, vel quasi ab-
 sentes; Legentem quandoq; ad poenam obligans. Diximus
 inter absentes; quia propriè & ēπ̄ τὸ πλεῖστον inter ab- 51.
 sentes colloquia literaria fieri solent, per allegg. in Pra-
 loqu. n. 9. qui autem verè dicantur absentes; vid Gœd. 52.
 ad L. Collegarum 133. S. 1. ff. de V. S. Addidimus quasi ab-
 sentes; Literæ enim mitti à præsentibus possunt ali 53.
 quando etiam præsentibus; text. in L. Titus Sejo. 24 ff. de
 Pecun. confit. & Bartol. ad h. l. quem sequitur Mascard. de
 Prebat. concl. 627. n. 26. Si pimirum ad præsentes tanquam
 absentes Literarum Sermo dirigatur; & nihilominus
 recte vocantur Literæ: Joan. Robert. lib. 4 Sentent. cap. 54.
 20. in fn. Subdidimus, Legentem quandoq; ad poenam
 obligari: nam non omnis Lectio alienarum Literarum 55.
 improbanda; quod Cap. sequenti demonstrare cona-
 bimur.

C A P I T. II.

Exhibitentis.

VARIOS ALIENAS LITE-
RAS INSPICIENDI MODOS,
TRADITIO GENERALIS.

SUMMARIA.

1. *Inspectio alienarum Literarum* 2. *Inspectio & Lectio Hominium*
rum est Actio indifferens. *nihil habet iusti.*

B 2

3. *Vir-*

CAP. II. DE VARIIS MODIS

- | | | |
|---|---|--|
| 3. <i>Virginitas suspecta debet per</i> | <i>fæminas honestas infestigari.</i> | <i>examinanda veniant.</i> |
| 4. <i>Mares etiam possunt adhiberi,</i> | <i>lires medicam prudentiam requirat.</i> | <i>Inspectio nostra quibus fiat modis.</i> |
| 5. <i>Quenam in pænæ irrogandis</i> | | <i>Inspectio alienarum literarum est vel illicita, vel licita.</i> |

APH. I.

1. **E**st Inspectio alienarum Literarum de Genere Actionum mediarum seu Indifferentium; ita tamen, ut respectu, vel Qualitatis seu Dispositionis Agentis, vel Objecti, vel Finis, vel Accidentium uptote certarum Circumstantiarum, Legibus vel probetur vel improbetur.

II.

2. Sic inspicere & tangere Hominem per se nihil in.
3. justi habet; si vero in investigandâ forsitan pudicitia Virginis alicujus suspecta Mares adhiberentur, peccaretur sane in Leges nostras, quae id muneris honestis modo fœminis commissum volunt; c. proposusti 4. X. de
4. Probat. & Conflit. Carolin. Art. 35. Rursus tamen alio casu, Mares etiam ad inspiciendas & tangendas Mulieres recte adhiberi possunt; si nimis res ipsa magis medicam prudentiam, quam Communem Obstetricum notitiam requirat. Pacian. de Probat. lib. 2. cap. 2. n. 33. Dn. Stryk. de Jur. Sens. Differt. I. cap. 2. n. 32. similiter in ceteris ejusmodi casibus.

III.

5. Et ratione irrogandæ poenæ, quemadmodum in aliis, ex mente Grotii de J. B. & Pac. lib. 2. cap. 20. §. 29. n. 1. ita quoq; hic examinanda veniunt: *Causa que impulit,*

ALIENAS LITERAS INSPICIENDI. 13
pulit, causa que retrahere debuit, & persona
idoneitas ad utrumq.

IV.

Fit enim Inspectio nostra, vel à personis quibus 6.
Reverentia & Obsequium debetur, vel ab aliis; vel in
Literis publicis vel privatis; vel nocendi animo vel fo-
lius Curiositatis gratiâ; vel dolo, vel per errorem, sim-
plicitatem & Rusticitatem.

V.

Adeoque pro varietate Casuum contingentium 7.
INSPECTIO ALIENARUM LITERARUM vel ILLICITA est
vel LICITA.

TRADITION. SPECIALIS
SECTIO I.

Sistens

CASUS ILLICITOS.

SUMMARIA.

1. Que dicatur Illicita Inspec-
tio alienarum Literarum.
 2. Inspiciens alias literas in-
vito Domino furtum com-
mittit.
 3. Quid si plagium Literari-
um.
 4. Furtum rei corporea modo 8. Ubi deficit nomen Criminis
fit.
 5. Latissime furtum dicitur o 9. Quis literas aperit nec legit
- mnis in iustitia circa res ex-
ternas executioni mandato.
6. Furtum dicitur commissione
qui damnum proximo suo
affert dolose.
7. Ades ille furtus Stellionatu-
sue dicitur.
- appellatur Stellionatus.
- B 3 mitine

14 CAP. II. DE VARIIS MODIS

- | | |
|--|--|
| mitius puniendus. | betrarie punitur. |
| 20. Non tantoperè deliquit qui tentavit, quam qui delibavit. | 23. Hodie omnes poenae sunt arbitrarie. |
| 21. Non dicuntur literæ aperiæ, nisi sint legitæ. | 24. Jūdex Legem sequi tenetur. |
| 22. Suffragatur poenitentia in criminibus. | 25. Equeitas à jure informatæ esse debet. |
| 23. Mitius puniendus poenitens. | 26. Injuriam facit Legi qui ea est clementior. |
| 24. Hodie conatus mitius punitur. | 27. 29. Quid in dictandâ pena attendendum. |
| 25. Attentans inspicere literas mitiori pena afficiendus. | 28. Judicis qualitates necessarie. |
| 26. Qui aperit & legit alienas Literas, modo non revelet scripta, non Fassum sed Stellionatum committit. | 30. Arbitrariam coercitionem non definivit Carolus V. |
| 27. Falsum non committitur nisi damnum datum sit. | 31. In criminalibus circa arbitria sua requisitione Prudentum non judicandum. |
| 28. Aperiens & legens alienas literas extraordinariè punitendus. | 32. 33. De casibus quibus penam extraordinariam ad mortem extendere licet, & an Stellionatus infamet, remissive. |
| 29. Licet aliquid contra ipsum in lexis scriptum foret. | 34. 35. 36. 37. Quâ penâ coerendi qui Judicium literas attingunt & legunt. |
| 30. Nihil minus committitur falsum, si nihil scriptum est in literis, quod posset prejudicium afferre. | 38. Quid statuerint Scabini Liphienses de aliquibus resig-natoribus Literarum. |
| 31. Crimen Stellionatus extra ordinem punitur. | 39. Quod de literis iudicium didicimus ad alia cause extenditur. |
| 32. Pena certâ delicti non determinata, delinquens ar- | 40. Ad alia cause aperiens & legens postmodum contra illa non |

ALIENAS LITERAS INSPICIENDI.

15

- non auditur.
41. Ob præsumptionem male
causæ.
42. Secreta ex alienis Literis
cognoscens tenetur ea reti-
cere.
43. Dupliciter peccat Secreta in
alienis literis contenta re
velans.
44. Literæ aliquid mali Reipub-
minantæ stagi non debent.
45. Celare crimen occultum in
quod Magistratus inquirit
delictum est.
46. De J. Canon. quis tenetur
indicare furem, de J. Civ.
non item.
47. Hoc casu standum J. Canon.
48. Si LL. Civiles & Canones di-
screpant, quibus standum.
49. Exemplum hujus discrepan-
tio in materia compromissi.
50. 121. Alienarum Literarum
contentæ manu vestras Cri-
men Falsi committit.
51. Qui testamentum tantum
aperuit, pena falsi punitur.
52. Pœna falsi arbitraria est.
53. In revelatione Secretorum
personarum qualitas aten-
denda.
54. De revelatione Secretorum
- remisive.
55. Vassallus literas Domini ape-
riens feudo privatur.
56. Literas publicas aperiens &
ex iis consilia adversus Rem-
publ. incens, incidit in cri-
men lesa Majest.
57. Num etiam aperiens literas
ad Imperatorem à Legato e-
jus missas?
58. & 59. Proponitur affirma-
tiva.
60. Limitatur hec affirmativa.
61. Alienas literas inspiciens in-
juriam facit.
62. Arcana ne pandantur uni-
susq; interest.
63. Alienas literas legentes, si
scribens damnum patiatur,
ad omne etiam interesse te-
nentur.
64. Quot modi aperiens Lite-
ras peccent remisive.
65. Ubi plures concurrunt rea-
tus, plures etiam sequuntur
coercitiones.
66. Omnes ex delicto venientes
actiones gradatim intenta-
ri possunt.
67. Declaratur hoc exempli re-
misive.
68. Ex sola inspectione aliena-
rum

Sunt ar-
tenetur.
formato
qui ea
la pœnæ
necessa-
tionem
V.
ca arbit-
ne Pru-
lum.
pœnam
d mor-
& an
remis-
oercent-
ras at-
ini Li-
s refi-
didum
titur.
s & le-
tra illa
non

- rum Literarum scribenti aperi-
jam damnum infertur.
69. Scribens jus habet ad suam
scripturam.
70. Res mali exempli est aperi-
re & legere alienas literas.
71. Qui cognito secreto in com-
modum suum cuu alterius
incommodo utitur, an tene-
atur ad restitutionem?
72. Exemplificatur quæstio.
73. Per injuriam aliquam impe-
diens à prosecutione functio-
nis, tenetur ad restitutionem
quanti spes prosequentis ex-
timabitur.
74. Non autem tenetur ad re-
stitutionem qui literas qui-
dem legit, & si functionem
imperavit, alteri tamen li-
teras tempestivè tradidit.
75. Notitia per iniqua media
parta potest quis uti in suum
commodum.
76. Proponitur instantia.
77. Respondetur huic instantia.
78. Inspiciens alienas Literas, si
ipſi damnum patiatur, num
illud resarcire tenetur scri-
bens?
79. Subjicitur exemplum.
80. Deciditur quæstio negative.
81. Quid si ipsi scribenti aperi-
tio suarum Literarum lucro
effet?
82. Proponitur casus.
83. Multi non illicita vitiata co-
nimus.
84. Proponitur alius casus.
85. Qualia negotia expedian-
tur per Literas, remissive.
86. 126. 127. Surreptor Literarum
ex his pro se nihil probat.
87. 106. 126. An & quando ex a-
pertis Literis injurias con-
tinenter actio injuriarum
competat?
88. 97. 105. Injurias scribens ex
amicâ fiducia ad alios, non
excusat.
89. Non competit injuriarum
actio contra scribentem cui
probabilis ratio patrocina-
tur.
90. Qui in re illicita versatur,
in eo presumitur animus de-
linquendi.
91. 93. 131. 132. Obtendens se ver-
ba injuria absq; animo in-
juriandi scripsi, an &
quando adjuramentum ad-
mittendus.
92. Quenam non nisi juramen-
to probare possint.

94. Ju.



ALIENAS LITERAS INSPICIENDI.

17

94. *Judex in deferendo jure
mento purgationis sit cir-
cumpectus.*
95. *Nec vestigatori ipsi, nec ei
qui reprobatio modo literas
acquisivit, actio injuriarum
competit.*
96. 130 *Alienas literas bona fide
possidens ex iis injuriarum
agere potest.*
98. *Declarantur dicta Responso
Facult. Jurid. Viadrine.*
100. *Dicenii animum injuri-
ans non habuisse simpliciter
non est credendum.*
101. 102. *Quae sint verba injuri-
osa.*
103. *Injuriarum etiam tenetur
evomens verba impersonalia.*
104. *Generalis injuriæ descri-
ptio.*
107. *Judici inquirere licet in in-
jurias.*
108. *Animum injuriandi absu-
isse probari potest per conje-
cturas.*
109. *Quales circumstantiae ex-
cludant animum injuri-
andi.*
110. *Quando competit actio in-
juriarum.*
111. *Quando non detur actio*
- injuriarum ex literis ad a-
amicum scriptis.
112. *Cogitationis pœnam nemo
patitur.*
113. 114. *Cessante delicto inqui-
sitione non est fundata.*
115. 118. *Verba indifferentia in
meliorem partem accipienda.*
116. *Idem de verbis dubiis di-
cendum.*
117. *Quando ob verba imperso-
nalita quæ injuriarum con-
veniri posse.*
119. 124. *Licitum operire literas,
si timeamus damnos quid
iis inesse, sed certo demum
modo.*
120. *Delictum judici denuncia-
re licitum est.*
122. *Si quæ alienas literas no-
cendi animo ad Superioriem
deferat, ipso jure infamia est.*
123. *Crimen falsi gravem mere-
tur pœnam, remissive.*
125. *Denunciationes ratione of-
ficii factæ an sint periculose.*
128. *Regula juris.*
130. *Tempus non est modus in-
ducende & tollende obliga-
tionis.*
133. *In civile est pœnam statuere
cessante dolo & culpa.*

C

APX.



Illicita est inspectio alienarum literarum, invito Domino, sive aperte vel maniveste, sive clam vel nec manifeste, sive sine sive cum efficacurā facta; & quidem, sive reticeantur sive revelentur ea quae lecta sunt, sive sequatur damnum, sive non; hoc tamen attento, ut pro Qualitate admisi, Reatus gravior sit vel levior.

II.

2. Jam, qui alienas literas vel quæcunq; etiam phylacteria, sive pateant sive involuta sunt, vestigantibus, sive intentis sive obliquis & velocibus, contrectat oculis, non præsumens probabiliter bona Domini gratiā & pace hoc fieri. Furtum videtur commisisse; non secūs ac is, qui ex alienis scriptis aliquot Regiones occupat, & suppresso Autoris, ex quo profecit, nomine, suis intermisces, alienosq; labores pro suis venditat, Dominium rei non suæ sibi arrogando, remq; alienam injuste usurpando, plagiūm seu furtum Literariorum committit; de quo Argumento vid. Jacob. Thomas. *Elegant. Dissert. Philosoph.* ubi varias artes horum Plagiariorum recenset & damnat. Quamvis autem in presbā significatione rei corporeæ modo furtum fiat; *L. Virum 25. l. ff. 10 qui 75. ff. de furt. l. quam 5. rem. 38. ff. de usurpat. & usucap.* Latisime tamen furtum etiam dici potest omnis injustitiæ circā res externas executioni mandata; Molin. *de J. & J. Tom. 3. part. 1. Disp. 680.*
3. n. 2. quā ratione furtum commisisse dicitur, qui quocunque modo sibi rem alienam appropriando, sive corporalem sive incorporalem, damnum proximo suo affert dolose; *L. si pignore 54. §. 1. ff. de furt.* Quia vero injustus & furtivus iste actus certo in Legibus non designatur nomine, Stellionatus rectè appellatur. Quod enim in privatis judiciis est de dolo Actio, hoc in criminibus Stellionatus

ALIENAS LITERAS INSPICIENDI.

natus persecutio. Ubicunq; igitur titulus criminis defi.¹⁹
cit, illic Stellionatus objiciendus; *L. Stellionatus 3. §. 1. ff.*
Stellionat.

III.

Et leviorem sanè animadversionem meretur, qui
concectas seu compactas literas alienas solummodo nu-
dat, vel chartulam quā literæ clauduntur trahit, vel sigil-
lum impressum turbat, & vel forsitan aliud elementum su-
perinducit, eas tamen à lectione castas conservat: *l. si quis*
in gravi 3. §. aperire. 19. & §. si quis tabulas 23. ff. ad SC. Syll.
*namq; , cùm alienas literas introspicere, sit concredi-*¹⁰
*tam Virginem nec se defendantem & pudibundum cor-
rumpere ac prostituere, qui solum tentavit utiq; non*
*tantopere deliquit, quām qui delibavit; vid. Barth. Ber-
tazz. lib. 1. Conf. 112. in Addit. cùm literæ non dicantur a-*¹¹
*pertæ, etiam si fuerint disfigillatae, nisi fuerint lectæ De-
cian. tr. Criminal. lib. 7. cap. 17. n. 46. Farinac. Prax. Crim. qu. 150.*
*P. 4. n. 129. Pœnituit enim forsitan attentantem præparati*¹²
criminis; suffragatur autem pœnitentia, si delictum non-
dum sit consummatum: & quidem, si quis facere potuit,
*sed pœnituit quia non voluit; quo casu non quidem in*¹³
totum excusat, sed tamen mitius punitur. Jul. Clar.
in Pr. Crim. §. fin. qu. 60. n. 21. Carpz. Pr. Crim. p. 1. qu. 18. n. 23.
*Nam, sicut in aliis delictis hodiè conatus mitiori pœnâ*¹⁴
coërcetur, etiam si ad actum proximum pervenerit;
vid. Clar. in pr. §. fin. qu. 92. n. 1. & Nicol Reusner. lib. 2.
*dec. 21. per tot. ità procul dubio Attentator noster, pœnâ*¹⁵
*aliquā, mitiori tamen, quām qui vinculis laxatis perle-
git literas, afficiendus erit.*

IV.

Qui vero, qualitercunq; etiam, reseravit vel ape-¹⁶.
ruit alienas literas, & simul inspexit seu legit, modo non

20 CAP. II. DE VARIIS MODIS

21. pandat vel manifestet alteri alicui licet non Adversario
mittentis, non falsi quidem crimen , prout aliqui voluē-
re, sed Stellionatus itidem committit; Decian. alleg. loc.
Vivius Decif. 62. n. 3. Honded. vol. 1. p. 7. consult. 107. n. 8 cum
alleg. Roman. Cons. 365. in fin vers. si vero Hieronym. Gigas
37. de Crim. lax. Majest. lib. 1. qu. 20. n. 8. Cum enim falso, ex
L. Corneliat de Falsis puniendum, non committatur, nisi
per id damnum alicui afferatur; Carpz. Pr. Crim. qu. 93. n.
18. 10. cum plur. allegg. & vero aperiens alienas literas & le-
gens; et si hoc ipso jam injurius sit in scribentem, eique
per consequentiam damnum quoddam inferat; tamen
quia nemini communicat , solaq; suā notitiā scribenti
non adeo præjudicat, si modo non præjudicet, non po-
test dici falso commisisse ; quamvis extraordinariam
19. poenam non effugiat. Quam etiam incurrit, et si in ipsis
Literis aliquid scriptum foret contrā hunc aperientem
& legentem; vid. Nicol. de Paßer. de privat. script. lib. 3.
20. dub. 1. n. 9. multò autem minus poena falsi plectendus a-
periens & legens, si nihil esset scriptum in literis quod
posset præjudicare si panderentur; Decian. cit. loc. Far-
nac. alleg. loc. n. 133.

V.

21. Punitur autem crimen Stellionatus extra ordinem
& arbitrarie; cùm nulla certa poena de eo in Legibus sit
22. statuta, d. 1. Stellionatus 3. §. 1. ff. Stellon, in omnibus vero
casibus, in quibus pro delicto aliquo certa poena, vel de
jure communi, vel per Statuta, vel ex consuetudine, non
est determinata, delinquens arbitrio Judicis punitur; Me-
noch. de A. f. Qu. lib. 1. quest. 86. n. 8. Jacob Schult, in Addit.
23. ad Modest. Pistor. p. 3. qu. 104. n. 4. cum allegg. Quin hodie o-
mnes poenæ, ex vulgato Dd. tradito, arbitriae & extra-
ordinariae sunt; quod cum grano salis capiendum. Vid.
Carpz.

ALIENAS LITERAS INSPICIENDI.

21

Carpz. *Pr. Crim. qu. 150. n. 7.* & seqq. per tot. Tenetur tamen 24.
judex, etiam dum arbitratur, Legum præscripta seu A-
riadnes filum sequi & custodire; Menoch. *de A. J. Qu. lib. 1.*
qu. 13. n. 15. Pruckmann. *lib. 1. Conf. 31. n. 78.* imo debeat proce 25.
dere secundum æquitatem informatam à jure & legibus
Wesemb. *P. 5. Conf. 218. n. 18. cum plur. alleg.* Facit enim in- 26.
juriam Legi, quando vult videri Lege clementior. A tali
judice libera nos Domine! uti exclamat Borgn. Caval-
can. *lib. 4. Dec. 2. n. 35.* ideoque in determinatione pœnæ 27.
arbitrariæ judici ex personarum conditione & rerum
qualitate diligenter æstimandum; ne quid aut durius aut
remissius quam causa deposita constituatur; nec enim
aut severitatis aut clementiæ gloria affectanda est; sed
perpenso judicio, prout quæque res expostulat, statuen-
dum: planè in levioribus causis pronior ad lenitatem
judex esse debet, & in gravioribus severitatem Legum
cum aliquo temperamento benignitatis subsequi; *verb. l.*
perspicieodum. 11. pr. ff. de pœn. hoc itidem bene observato, se 28.
in cognoscendo neque excandescere adversus eos quos
malos purat, neque precibus calamitosorum illacrymari
debere; id enim non est constantis & recti judicis, cuius
animi motum vultus detegit; & summatim ita ejus red-
dere, ut auctoritatem dignitatis ingenio suo augeat; *verb.*
L. observandum. 19. §. 1. ff. de Off. Praesid. Et quo minus ex 29.
præscriptio Legum de certitudine dictandæ pœnæ ap-
paret, eo majori accuratione, dexteritate & prudentiâ ju-
dici opus est. Ipse Imperator gloriosissimus Carolus V. 30.
arbitriam coercitionem certo definire dubitavit, quin
potius judices in casibus ejusmodi JCrorum Collegia a-
dire & implorare debere statuit in *Ordinat. Crim. Art. 165.*
Toties itaq; Audaculi aliqui in hanc saluberrimam Con- 31.
stitutionem impingunt, quoties circa arbitria in Crimi-

C 3

nali-

22 CAP. II. DE VARIIS MODIS

- nalibus secundum s̄epius male sanum arbitrium suum
32 absque requisitione Prudentum dissolutè judicant. Ut-
rum vero, & quibus casibus pœnam extraordinariam
pro delicti qualitate, & pro aggravantibus circumstan-
tiis, ad mortem usque & capitis supplicium extendere
liceat, docet Carpz. *Prax. Crimin. quæst.* 119. num. 16. §
33 17. qu. 133. num. 19. § seqq. Et, an crimen Stellionatus in-
famet, vide benē distinguentem Brunnem. *ad l. 2. ff. Stelli-
onat. cum allegg. ibi.*

VI.

34. Sed graviori pœnâ in illos solet animadverti, qui eo
audaciæ procedunt, ut ruptis cancellis, quibus Judices
aut Scribae ipsorum muniri solent, vel pericula seu brevi-
cula judicis vestigantibus oculis contrectant, vel quovis
temeritatis modo ipsas etiam literas attingunt & legunt.
35. Id genus Temeritorum non committere falsum, sed pœ-
nâ pecuniaria multari debere volunt Guid. Pap. *Dec. 233.*
Farinac. *qu. 150. p. 4. n. 118.* Bertazz. *conf. 112. n. 1.* Thoming.
36. *Dec. 34. n. 2.* Concedimus hoc, si in terminis simplicis in-
tempestivæq; vestigationis prescriptorum manerent; si
vero Literis Magistratū alicujus vel Principis quid, ut-
pote sigillum, vel aliud quoddam vinculum amovere-
tur, vel mutaretur, vel diminueretur, pœna falsi obtine-
bit; Guid. Pap. *cit. loc. Farinac. cit. loc. n. 125.* Decian. *Tr. Crim.*
lib. 7. cap. 17. n. 46. Nicol. de Paffer. *de Script. privat. lib. 3. dub.*
37. *l. n. 45.* Iterumque hic Judicis arbitrio locus erit; qui pro
varietate circumstantiarum pœnam leniet vel exaspe-
38. rabit. Ita Scabinos Lipsienses ei qui resignatis & apertis li-
teris Electoris Saxoniaz ad Equitem Auratum, Johannem
à Weißbach scriptis, contenta earum legerat, adjudicasse
pœnam fustigationis, aut saltem venditionis bonorum
cum migratione ex territorio, Mense Augusto 1545. me-
minit

ALIENAS LITERAS INSPICIENDI.

23

minit Matth. Coler. P. 1. Dec. 174. n. 15. Eosdemque in alio casu Mensis Jun. 1631. Nobili cuidam S. à S. qui Rescriptum Electoris aperuerat, legerat, & postea rursus confignoverat, mulctam 100. thalerorum dictasse; & in alio ferè similis Mensis Jul. 1631. hunc in modum pronunciasse: So wird H. R. wegen Eröffnung des Churfürstl. Sachsischen Befehlichs/wilktülich/entweder 14. Tage mit Gefängniss/oder umb s. neue Schot in Straff genommen: refert Carpzov. Pr. Crim. qu. 93. n. 70 71. & 72. Et quod dicitur de literis Judicis, idem tenendum de Actis causæ per aliquem judicem dispositis; Imò, Acta causæ furtim aperiens & legens, id adhæc sentit incommodi, quod non audiatur postmodum contraria illa; ne videatur dolus suus ei patrocinium attulisse; notab. text. c. cum olim Magister 33. de offic. & potest. jud. deleg. præsumitur enim aperientem & inspicientem hunc malam causam fovere; vid. Roman. conf. 346. in hac causa n. 12. & seqq. & conf. 365. Card. Tusch. concl. 375. n. 5.

VII.

Cognoscens præfatis modis Secreta ex Literis alienis obiugatur ea reticere & non manifestare aliis, et si nulla intervenerit promissio, non solum ex charitate & justitiâ, nihil scilicet faciendi, quo proximus in bonis suis laedatur, sive ea bona honoris sint & famæ, sive corporis, sive alia externa; sed insuper etiam, quod per injustitiam in cognitionem venerit secreti. Qui enim Literas alienas injustè inspexit, & secretum in iis contentum sine sufficiente causâ revelavit, quod tenebatur non revelasse, uno peccato peccavit Literas illas injuste inspiciendo, & altero revelando postea secretum, in cuius notitiam eâ viâ injustâ devenerat; vid. Molin. de Jult. & Jur. trad.

3. Disp. 3. n. 6. Diximus sine sufficiente causâ; si e.

44.
nim



22 CAP. II. DE VARIIS MODIS

- nim literæ quid mali minarentur Reipublicæ , tantum
abest eas premi & tegi debere , ut potius boni Civis officii
45. sit eas in medium proferre ; & si Magistratus in Crimen
aliquid inquirit , viaq; juris id percontatur , tunc occul-
tum celare crimen delictum est , maximè si crimen spe-
ctet ad perniciem Reipublicæ . Sotus de ration. regend. &
detegend. secret. membr. i. qu. i. Theod. Höping. d. jur. sigill.
46. c.14. n. 81. In specie , si ex literis alienis inspectis ex post-
facto didicisses , rem , quodad Te bonâ fide & justo Titulo
comparatam , à Fure taraen venditam esse , ad judicis
jussum & compellationem , tenereris furem qui rem sur-
ripuit indicare , de Jure Canonico ; c. qui cum 4. X. de furt.
vid. Summ. Hostiens. lib. 5. de condit. furtiv. vers. Reus au-
tem. Mafcard. contl. 833. n. 11. Farinac. qu. 168. n. 81. licet securus
de Jure Civili ; L. qui vas 48. §. qui furem. 1. ff. de furt.
47. Sed cuinam juri eo easu standum erit ? Sine dubio Juri
48. Canonico. Inciderat hic circà differentias & discrepan-
tias Juris Civilis & Canonici vulgaratam illam Theoricam
notamus. Quando Jus Canonicum & Jus Civile in iis dis-
crepat quæ peccatum concernunt , (uti nunc dicto casu)
standum merito est Juri Canonico , tam in terris Eccle-
siæ , quæ in terris Imperii : Quando vero Leges Civiles
& Canones discrepant in his quæ peccatum non concer-
nunt , Jus Canonicum in terris & jurisdictione Ecclesiæ ,
Civile vero in terris Imperii & seculari jurisdictione
servandum atque tenendum est ; vid. Cacheran. Dec. 152.
49. n. 6. & Schneidew. de Feud. p. 1. n. 8. Exemplum est in ma-
teriâ compromissi. Jure enim Civili tribus arbitris ele-
ctus , duo absente tertio pronunciare non possunt ; L. item
h. unus. 17. §. item si plures 2. & fin. ff. de recept. aliter Jure Ca-
nonico ; c. fin. X. de arbitr. 6. Hoc jam casu , J. Can. ser-
vatur in terris Ecclesiæ , J. Civile in terris Imperii.

VIII. Ve-



VIII.

Verùm, ad Literas. Quod si ergo legens Literas alienas, tam publicas quam privatas, sive sine, sive cum aperitione & dissigillatione, contenta earum manifestaverit alicui, sive is cui manifestatum ejus qui scripsit inimicus sit, sive non, committit crimen Falsi; Jul. Clar. Pr. Crim. §. falsum. n. 26. Decian. Tr. Crim. lib. 7. cap. 17. num. 46. Vivius Decis. 62. n. 3. Farinac. Pr. Crim. qu. 150. part. 4. n. 121. Wurmser. lib. 1. tit. 47. ob. 25. n. 1. §. 2. Hondon. vol. 1. cons. 105. n. 83. Everhard. d. Fid. instrum. c. 10. n. 65. vers. Secundus casus. Höping. de Jur. Sigillor. cap. 14. n. 56. §. 71. ubi testem adducit Gilmannum; ita in Camerā Imperiali, cum quis literas libi conceditas alteri ad legendum ostenderet, quod crimen falsi commiserit, judicatum fuisse. Et speciale quid est in eo, qui aperuit testamentum, quod poena falsi puniatur, liceat alteri non ostenderit vel manifestarit; L. Quic testamentum. 2. ff. ad L. Cornel. de Fals. Quia vero poena falsi iterum arbitria est, quae pro qualitate circumstantiarum modo levior, modo gravior infligi, immo ad mortem usque extendi potest; vid. Carpz. Pr. Crim. qu. 93. n. 16. §. seqq. per tot. advertendum, an privatus privati Secreta ex Literis di dicita revelavit, an vero subditus Principis sui; vel etiam talis qui ratione officii ad silentium obstrictus erat. Of fert se hic elegans materia de Secretorum revelatione; sed non lubet excurrere, sufficiat remittere ad Hieronym. Gigant. de Crim. lœse Nœojell. lib. 1. qu. 21. per tot. Decian. Tr. Crim. lib. 7. cap. 17. & Valenzuel Velazqu. Cons. 162. In Vafallo autem notandum, eum literas Domini aperientem, maximè si argumentum earum revelavit inimicis Domini, etiam Feudo privari; Rittershus. Partit. jur. Feudal. lib. 2. cap. 5. n. 24. Et si quis ex aperturâ literarum publicarum consilium ineat, quo hostes Principis aut Reipublicæ

26 CAP. II. DE VARIIS MODIS

blicæ aduersus eos juventur, tali casu aperiens literas publicas incidit in crimen læsæ Majestatis; Roman. *Conf.* 165.
57. Hieronym. *Gigas de Crim. læsæ Majest. lib. 1. qu. 20. n. 14.* Quid autem, si Nuntium missum à Legato ad Papam cum literis, vel à Legato Imperatoris ad Imperatorem, quis detinuerit & literas aperuerit, incidente in crimen læsæ Majestatis? Et Roman. *Conf.* 305. tenuit, quod sic, per l. 1. ff. 59. ad l. Jul. Majestat. quia scilicet violat securitatem; Decianus quoque *Tr. Crim. lib. 7. c. 5. n. 18.* id verum putat, quando animo Principem offendendi, vel ei nocendi id actum fuisset; secus si animo puta prædandi, prout sæpè tales Nuntii in viis spoliari solent; nam tunc non putat eos incurrisse hoc crimen, per ea quæ docet d. *cap. n. 4. §. 8.* Et huic sententiae nos quoq; subscribimus.

IX.

61. Cæterum, quia prædictis casibus inspectarum alienarum literarum semper injuria concurrit; cum uniuscujusq; non mediocriter interfit, arcana sua nemini pandi; *L. meminimus. 2. c. quand. & quib. quart. pars debet. lib. 10.*
62. 63. præter poenias Stellionatus & Falſi, tenentur adhæc legentes, sive aperuerint sive non, sive alteri revelaverint sive non, injuriarum; immo si scribens quid damni passus, etiam ad omne interesse obligantur; *arg. l. 1. §. si quis tabulas. 38. ff. depos. l. h quis testamentum. 41. in fin. pr. ff. ad. L. Aquil. Vid. Höping. de Jure Sigillor. cap. 14. n. 46. & seqq. cum allegg. Add. Viv. Dec. 52. n. 10. Nicol de Paffer. de priv. script.*
64. *lib. 3. dub. 1. n. 10. & 16.* Scilicet, peccant aperientes & insipientes alienas literas variis modis, quo tangit Menoch.
65. *de A. f. Qu. cas. 311. n. 12.* Adeoque, si in casu contingente plures reatus concurant, plures etiam coercitiones & actiones sequantur juris est. Quando enim adsunt plura facta & plura delicta. tunc omnes inde provenientes actiones,

ALIENAS LITERAS INSPICIENDI. 27

Q^tiones, quatenus tamen diversum intendunt, gradatim intentari possunt. Exempla sunt in *L. nunquam.* 2. §. 1. 2. 3. 67.
4. 5. ff. de privat. delit^z. *L. si serviu.* 27. pr. ff. ad *L. Aquil. junct.*
L. qui servandum 14. §. sed. et si. ff. de Prescript. verb. i. inter-
dum. 56. pr. ff. de furt. Brunnem. tr. de Action. Concurf. cap.
i. §. 62. Et volunt quidem aliqui, p^cenas supra memora- 68.
tastum demum locum habere, si scribens ex lectione, a-
pertione & revelatione insigne aliquod detrimentum
passus fuerit; cum autem per solam etiam inspectionem,
præscindendo ab apertione cum vel sine revelatione, in-
juria quædam & consequenter aliquod damnum scri-
benti jam inferatur; habet enim scribens ad scripturam 69.
suam jus, cui per intempestivam alterius investigatio-
nem contravenitur. Vid. Molin. de Jyst. & Jure trad. 4.
diff. 36. n. 2. juri conveniens putamus, coercitiones suprà 70.
dictas, pro contingentia casuum, vel graviores vel levi-
ores obtinere, quamvis damnum aliquod notabile non
sequatur; est quippe res mali exempli aperire & legere
literas alicujus, sive sit præjudicio scribenti, sive non. Fa-
rinac. quest. 150. p. 4. n. 134.

X.

Quid, si quis ex literis alienis inspectis secretum al- 71.
terius per injuriam cognovisset, ususq; eo esset in suum
commodum cum scribentis incommodo, obligabiturne
ad restitutionem ejus, quod per id naectus est? Exempli
gratia, Titius Francofurto scribit Berolinum ad Cajum, 72.
vacare hic functionem aliquam. Literæ veniunt in ma-
nus Sempronii: hic suspicatus quod res erat, aperit lite-
ras, & cognito nuncio clausas reddit Cajo, sed illum præ-
veniens impetrat vacantem functionem. Et responde-
tur (1) si Sempronius literas illas supresfit, vel sero reddi-
dit, ita ut Caju non potuerit solicitare, tenetur ad restitu- 73.
D 2 tionem,

28 CAP. II. DE VARIIS MODIS

nem, quanti spes Caji aestimabitur: quia per injuriam impedit eum à prosecutione illius functionis. Tenebatur enim ex iustitiâ tempestivè tradere, prout ei erat mandatum; ac proinde omissione tradendi vel dilatio est contra iustitiam. Ex hâc autem directe sequitur, quod non possit prosequi illam functionem, & consequenter amissio ipsius functionis. Tenetur ergo Sempronius Cajo, non quanti valet functio, (nisi forte certum erat illum fuisse obrenturum,) sed quanti spes obtainendi aestimabitur.

74. Si Literas Sempronius tempestivè tradidit, sed illas prius artificio aliquo apertas legit, & sibi functionem impetravit, probabilius est non teneri ad restitutionem. Quia et si commissa est injuria adversus Cajum in apertione & lectione Literarum, non tamen in comparandâ functione illâ; cum Cajus non haberet majus jus quam alter, quod ad ius solicitandi. Et licet notitia aliqua per iniqua media tibi sit parta, tamen postquam jam habetur est tua, & potes eâ uti in tuum commodum, non minus

75. quam si tibi justo modo quaestia esset. Sed dicis: Illa apertio & lectio Literarum est injuriosa Cajo; atqui hinc sequitur ipsi damnum, ergo censeretur damnum illatum

76. per injuriam. Respond. Damnum illud non sequitur ex apertione & lectione Literarum, nisi remotè & per accidens, quatenus inde sequitur notitia rei, & ex notitiâ solicitatio, & ex solicitatione permotio voluntatis Collatoris Manetq; Cajum illud damnum ex eo, quod Sempronius utatur jure suo & re suâ. Non enim ille caret functione, quia ipsum Sempronius per injuriam impedit, sed quia sibi Sempronius conferri curavit, quod jure poterat. vid. Leonhard. Less. de Just. & Jur. lib. 2. cap. 12. dub. 18. n. 131. § 132.

XI. Si

ALIENAS LITERAS INSPICIENDI.

29

XI.

Si verò ipse inspiciens ex inspectione Literarum damnatum pateretur, tenebiturne scribens ad resarcendum? v. gr. Scripsit Mevius falsò literas, & sparsit per viam, magnaam esse in Marchiā frumenti inopiam: quas Sejus repertas aperiens, mittit frumentum cum ingenti suo damno. Non tenebitur de damno Mevius, et si graviter contra charitatem peccārit; quia Sejus suæ levitati imputare debet, quod hujusmodi literis fidem adhibuerit. Leonhard. Less. cit. loc. n. 136.

XII.

At, si ipsi forsitan scribenti apertio inspectioq; suarum literarum ab altero facta aliquomodo lucrifieret, excusatiturne inspiciens? Memini casum in verâ facti continet. Scripsit Cajus literas ad Sejum in loco longè distito degentem, adiutq; cum iis ad Titium rogans ut eas suis in oras illas emittendis comites adderet. Titius primâ facie non detrectat officium, advertens tamen postmodum Caji literas suis esse multò ubiores, indignatione ob solvendam proinde Cursori majorem mercedem contractâ, literas sibi creditas consilio suppressiendi referat legitq; & quia eas multis aculeis & calumnias adversus Sejum refertas cernit, suppressionem prorsus destinat. Post aliquot mensēs nunciatur Sejum mortuum esse, relicto testamento, in quo Cajum heredem ex asse instituerat. Non potuit hoc satis demirari Cajus, qui haec tenus vindictam potius vel quidvis aliud quam hereditatem à Sejo expectārat. Sed quia suppressione illâ literarum videretur factum, quominus Seji propensus in Cajum animus cessaret; cum præsumendum foret, Sejum aculeatis illis & calumniosis literis ad mutationem voluntatis permoveri, potuisse, adeoq; apertione literarum

D 3

pro-



30 CAP. II. DE VARIIS MODIS

profuerit Cajo Titius; quærebatur, utrum eo casu Titius
83. pœnam aliquam incurrerit? Responsio facilis est. Con-
sideranda hic intentio Titii: sicut enim multa non illici-
ta vitiat animus, cuius exempla adducit Grot. & J. B. &
Pac. c. 15. §. 9. n. 9. ita quæ per se illicita non excusat bonus
exitus. Quoniam ergo Titius non animo Cajo officium
aliquid præstandi, sed per temeritatem literas aperue-
rat; illud autem, quod Sejus in propensiâ erga Caium vo-
luntate perficerit, ex apertione literarum modo per ac-
cidens evenit, non omnia impunè hoc tulisse debebat
Titius; mitiori tamen poenâ ob bonum eventum affici-
endum fuisse arbitramur.

XIII.

84. Iterum, Mevius aperuit Literas Fabii ad Cælium
datas, & suppressit. Cum autem inter Mevium & Fabi-
85. um negotium quoddam gereretur, (quæ & qualia ne-
gotia per Literas expediri possint, vid. Lauterbach. *de
Epistol. c. 5.*) & Fabius quid affirmasset in Literis ad Cæ-
lium, quod postmodum negandum putaret, venit in
Quæstionem, an hoc Mevius probare possit per Literas
86. illas apertas & inspectas? Respond, quod ipse surreptor
Literarum ex ipsis pro se nihil possit probare, per text. *L.
fi de possessione. 20. C. de probat.*

XIV.

87. Alio casu, si literæ apertæ & lectæ continerent iniu-
rias, competitne ex iis contra scribentem actio iniuria-
rum; Distinguendum, respectu injuriantis; Utrum
88. verba iniuriosa animo iniuriandi scripserit, nec ne: Priori
casu utique tenebitur scribens iniuriarum; nec per hoc
excusabitur, si obtendat, ex amicâ fiduciâ hoc tanquam
89. in aurem dictum voluisse. vid. Mev. *P. 5. Dec. 219. n. 3.* poste-
riori casu non tenebitur; nimirum, si ipsi aliqua proba-
bilis

ALIENAS LITERAS INSPICIENDI.

32

bilis ratio patrocinetur; v. gr. conscientiae aliquis stimulus, vel officii necessitas, vel quod ejus ad quem scriptis scire interfuerit; vel denique, si se juramento purget, verba injuriosa animo injuriandi non fuisse scripta. Licet e. 90.
 nam præsumptio fit contra scribentem verba per se injuriosa, quod animo injuriandi scripsit; cum dolus & delinquendi animus præsumatur in eo, qui in re illicita est versatus; Jul. Clar. lib. 5. Sentent. §. injurian. 12. Menoeh. de Presumpt. lib. 5. pres. 3. n. 47. attamen, deficientibus licet con- 91.
 jecturis & fortioribus aliis præsumtionibus, quibus reus doceat se injuriosa verba animo injuriandi non scripsisse, si hoc nihilominus constanter dicat, ad juramentum admittendus. Nam & alias, quæ in scientiâ, conscientiâ 92.
 & animo alicujus consistunt & acquiescunt, non nisi juramento probari possint; L. furti 6. §. Sed et si. 4. ff. de his qui not. infam. l. non damnates 18. circâ fin. C. ex quib. cau. infam. Gail. lib. 2. obs. 45. n. 24. obs. 105. n. 7. & obs. 106. n. 5. Mascard. de Probat. vol. 2. concl. 881. n. 2. Sed eo casu tum dernum scri- 93.
 bens verba per se injuriosa ad juramentum admittetur, si iterum circumstantia vel conjectura aliqua præsumptionem injuriæ cessare faciat: debet enim Judex in defendo hujusmodi juramento, purgationis sc. non facilis 94.
 esse, sed providus & circumspectus, considerando perso-
 nas, Locum & Tempus, à quo, ubi, & quando injuria fa-
 cta sit; L. aut facta 16. ff. de Pœn. Gail. lib. 2. obs. 106. n. 5. De 95.
 inde, distinguendum etiam respectu ipsius Injuriati.
 Aut enim ipse improbus Vestigator, vel Tertius etiam,
 qui sc. reprobato de jure modo literas acquisivit, injuria-
 rum agere vult, & neutri competit Actio, per d. test. l. Si
 de p. 20. C. de Probat. ne ipsis malitia patrocinium
 afferat; c. 33. X. de off. & potest. jud. delegat. Aut tertius ali- 96.
 quis ad quem Literæ bonâ fide pervenire; & hic utaxi-
 me po-

32 CAP. II. DE VARIIS MODIS

97. mē potest. Cūm nec in literis familiaribus & secretis
convitium alteri dicere liceat. vid. Mev. P. f. Dec. 219. n. 1.
& Everhard. de Fid. instrum. cap. 10. n. 67. Declarabimus
98. hoc Responso sequenti Facultat. Jurid. Viadrinæ d. 7. Jul.
1687. dato.

P. P.

¶ Auf den uns zugesendigten/hierbei unter unserm der Ju-
ristenFacultät Insigel hinwieder befindlichen Bericht und
beygefügte Defensions-Schrifft/ als über die darinn enthal-
tene Rechte Fragen.

- I. Ob der Quærrent, aus denen heimlichen Briefen/ so er
als Advocatus an seinen Collegen/in der Sache/worin
nen sie zusammen bedinet gewesen / im Vertrauen ge-
schrieben/und was vorgegangen berichtet hat/ injuria-
rum belanget/ oder auch gar wider selben inquisition
formiret werden könne ?
 - II. Ob derjenige nicht vielmehr zu bestraffen / und mit der-
gleichen Proces zu verfolgen sey/ welcher solche geheime
Briefe/ wider des Correspondenten Wissen und Wil-
len liest/ divulgit/ und public macht?
 - III. Ob entwendete Briefe wider den Scriptorem derselben
probiren können ?
 - IV. Ob es in eventum in einem und dem andern zum ju-
ramento purgationis kommen möchte?
 - V. Was Quærrenti für eine Strafe zu erkennen werden
dürfste ?
 - VI. Ob nicht die Straffe/ da Quærrent den Verlust/ so er
durch diesen Handel erlitten/auf 500. Thlr. semiplene
probiren kan/ darumb so vielmehr zu mitigieren sey ?
- Unsere in Rechten begründete Meynung cum rationibus
dubitandi & decidendi begehret worden/ erkennen wir De-
canus, Ordin. Senior und andere Doctores der Juristen-
Facult-

ALIENAS LITERAS INSPICENDI.

33

Facultät nach gnungssamer Erwegung von Recht; und zwart
Auf die Erste Frage;

I. Question.
Ration. du-
bitandi.

Dies wol das Unsehen hat/ als ob (1) die in denen an G.
W. abgelassenen heimlichen Briefen enthaltene Worte
vor sich injurios wären; massen ja darinnen einige Personen/
nicht allein durch die Nahmen Pilate und Herodis bedeutet/
sondern auch scheinbarlich des Criminis repetundarum und
anderer ungebührlichen Bezeugungen beschuldiget werden:
Præsumitur autem animus injuriandi ex verbis quæ de
suâ naturâ injuriam præ se ferunt; nec simpliciter cre-
dendum injurianti, se animum injuriandi non habuisse
dicenti;

L. Si non convitii. 5. C. de injur.

Clar. lib. 5. Sentent. §. injuria. n. 12.

Gail. lib. 2. obs. 106. n. 1.

Et sunt verba prædicta injuriosa, cum pertineant ad 101.
contemptum & infamiam.

*L. 2. in pr. l. item 15. §. generaliter. 27. §. si quis 29. ff.
de injur.*

præsertim quia nomina maligna & crima objecta sunt, 102.
etiam si absenti;

Wesemb. p. 3. conf. 142. n. 22. cum allegg.

Licet etiam Scriptor pasim impersonalibus modò ver- 103.
bis usus; juri tamen est conveniens: verba impersonalia
evomentem, neq; cuiusquam mentionem facientem, te-
neri injuriarum, si modò ex indiciis sufficientibus appa-
reat, in cuius personæ contumeliam verba illa injuriosa
prolata fuerint;

Harprecht. ad Inst. §. injuria. n. 141.

Berlich. P. 5. Conul. 69. n. 45.

und (2) ebenfalls in heimlichen Briefen eines andern schimpf-
lich zu gedenden unerlaubet ist. Generaliter enim injuria 104.
E est

34 CAP. II. DE VARIIS MODIS
est quidquid in alterius contumeliam dicitur vel scri-
bitur;

d. l. 1. pr. ff. de Injur.

L. 29. ff. cod.

105. Non ergo excusabit illud si quisquam obtendat, amicā
fiduciā ergāterum tanquam in aurem dictum voluisse;
Mev. P.s. Decis. 219. n. 4.

106. Dannenhero (3) wenn die Injurien aus heimlichen Briefen
erweislich/ deshalbē contra Scriptorem injuriarum actio
competet;

Vid. Everhard. de fid. instrum. c. 10. n. 67. sub. fin.
Et ex eo Höping. de Jur. Sigillor. c. 14. n. 93.

107. Da (4) dem Richter heutiges Tages frey steht (umb so viel-
mehr hier/ da Collegia angegriffen zu seyn scheinen) auch in
Injurien: Händeln per modum inquisitionis zu verfahren;
Carpz. Pr. Crim. qu. 96. n. 5. & seqq.

Ration. de-
cidendi

¶ Geweilen aber dennoch (1) kein Wort in denen Briefen
sublit. A. B. C. D. E. zu befinden/ welches vor sich noth-
wendig einige Injuriare vel contumeliam importiret; und
da gleich ein und anderes darinnen enthalten/ so etwa Nach-
denken verursachen/ und übel ausgeleget werden könnte/ doch
und gutem Vertrauen/ an den andern Advocatum, deme zu
wissen nöthig gewesen/ wie die Sache lauffet/ geschrieben; wo-
zu dann den Scriptorem offici necessiras, und der Vorsatz
in ihrer beyden Clienten Sache vorsichtig zu procediren/ so
gar/ daß Er auch seine über diesem und jenen habende blosse
Gedanken dem Collegen (und keinem andern) entdecket/ bes-
wogen; und dahero vernünffig abzunehmen/ daß solches abs-

108. que animo injuriandi geschehen: Quippe ad probationem
hujus, quod scilicet quis non habuerit animum injurian-
di, non requiruntur exactæ & plenæ probationes, sed suf-
fici-

ALIENAS LITERAS INSPICENDI.

35

ficiunt conjecturæ & præsumptiones ; circumstantiæ enim facti animum cuiusq; , & an dolo malo quid factum sit, vel secūs, declarant;

Moller. *Const. Saxon.* 42. n. 30. p. 4.

Berlich. P. 5. *Concl.* 60. num. 9.

Prædictæ vero circumstantiæ , quando nimis scri-
ptum fuit alteri quod scire intererat , & quidem ex of-
ficii necessitate, vel ex aliâ causâ non improbab; utpote
vigilantiæ & curæ in gerendo negotio , excludunt ani-
mum injuriandi;

Mev. P. 5. *Dec.* 219. n. 7. & seqq.

at non competit actio injuriarum, nisi dolus & animus ius.
injuriandi adsit; quia nec injuria absque dolo & animo
injuriandi committitur, sed ex affectu & proposito æsti-
matur, per vulgat.

L. illud; §. sane. 1. & l. seq. ff. & l. si non s. l. qui libe-
ros. 9. C. de injur.

& multò minus competit actio injuriarum ex ejusmo. III.
di literis ad amicum solum scriptis; hinc enim clarè li-
quet scribebent non habuisse animum injuriandi;

Everhard. *de fid. instrum.* c. 10. n. 67. sub fin.

Höping. cit. loc.

Bey welcher Beschaffenheit (3) wieder den Quærenten / als II.
welcher amico soli quæ scire referebat prescribens in ter-
minis simplicis cogitationis, cuius penam nemo patitur

L. 18. ff. de pœn.

verblieben/so wenig accusatoriè als inquisitoriè mit Bestand II.
was auszurichten; deficiente enim dolo delictum deficit,
quod absq; dolo non committitur; hoc autem cessante
inquisitio non est fundata: nec enim inquisitio contra II.
aliquem formanda nisi de delicto constet;

Carpzov. *Pr. Crim.* P. 1. qu. 16. num. 3.

E 2

Mev.



Mev. alleg. loc. in fin.

Refolnt.
Ratione da-
bitandi.

zumahl (4) wenn man die geschriebenen Worte auss's ge-
nusse examiniret/ dieselben also beschaffen/ daß die meissen
indifferenter, einige impersonaliter, und viele nur per mo-
115. dum consilii vorgebracht: verba autem indifferentia, quæ
possunt importare injuriam & non importare, in mitio-
rem partem accipienda, ut animus injuriandi non præ-
sumatur, sed probari debeat;

Martin. Uran. Tom. 3. cons. 5. d. injurie. n. 3. § 6.

Befold. p. 4. cons. 158. n. 34. ubi plur. alleg.

116. ita verba in iniuriam & dedecus alicuius, etiam Principis
prolata, ubi sunt dubia & ambigua, variumque patiun-
tur intellectum, in benignorem partem & ad delicti ex-
clusionem interpretari debemus.

Caball. resol. crim. cent. 3. cas. 235. n. 43.

117. ob verba impersonalia itidem, quando (uti nostro casu
de Pilato & Herode) non appetet in cuius contumeliam
prolata fuerint; à nemine quis conveniri potest.

Carpz lib. 2. resp. 59. n. 13.

Heig. p. 2. qu. 31. n. 31.

118. & verba quæ possunt trahi ad casum licitum & illicitum,
magis ad licitum trahi debent,

Ant. Gabr. lib. 7. concl. 2. n. 25. cum allegg.

mit nichts aber solche Worte vor sich iniurios, weniger da-
raus eine imputatio Criminis repetundarum oder andere
Ungebühr (indem ja niemand / daß Cr. Geld genommen/
eo fine, ut quid faceret, quod ex officio alias facere vel
omittere teneretur, weder explicite noch implicite bezich-
tiget/ noch auch jemanden was unanständig aufgebürdet wor-
den) zu inferire/ sondern solche vielmehr dergestalt zu inter-
pretieren/ ut ubique excludatur animus injuriandi, qui in
dubio non præsumendus; daher (5) was pro ratione du-
bit.

ALIENAS LITERAS INSPICIENDI.

37

bit. 2. 3. & 4. angeführt/ allwo animus iniuriandi præsupponiret wird/ hieher nicht zu appliciren;

Als folget hieraus/ daß der Quærent aus denen heimlichen Briefen/ so er als Advocatus an seinen Collegen abgehen lassen/ keines weges iniuriarum belangen/ noch auch deshalb wider selbten mit Fug Rechtens inquisition angestellet werden könne.

Betreffende die Andere Frage;
Wöchte zwart vorgewendet werden/ daß (1) derjenige/ welcher besorget/ ob sey in einem Briefe was von seiner Person enthalten/ so ihm Schaden bringen könnte/ derogleichen Brief licite erbrechen und lesen mag;

*II. Question
Ration. du
bitandi,*

Vid. Höping. d. Tr. cap. 14. n. 86. cum allegg.
auch (2) regulariter einem jeden die erkundigten delicta dem 119.
Judici zu denunciiren de iure vergönnet ist;

Clar. Pr. Crim. lib. 5. qu. 7. n. 2.

Brunnem. Proc. Inquis. cap. 4. n. 26.

Wiederweilen aber (1) fremde Briefe wider des Correspondenten Wissen und Willen zu lesen und public zu machen/ so gar unzulässig/ daß auch ein solcher/ quamvis prius 121. resignatae forent literæ ab eo ad quam spectabant, & tametsi non inimico vel adversario scribentis pandat, hoc ipso Crimen Falsi begehet;

Decian. lib. 7. cap. 17. n. 46.

Everhard. cit. los. n. 65. vers. Secundus casus, in q; ad
verba: per ea qua scribit Bart.

Farinac. de Falsit. & Simulat. qu. 150. p. 4. n. 114. § 126. 122.

& si simul has ipsas ad Superiorum deferat, quo ejus animum contrâ innocentem ad iracundiam provocet, ipsis iure infamis est;

Höping. alleg. Tr. cap. 14. n. 95. cum allegg.
und (2) derogleichen Crimen Falsi schwere Straffe verdienet: 123.

E 3

Vid.

Vid. Carpzov. Pr. Crim. qu. 93. num. 79.

- Resol. rat.
dubit.
- 124.** Hingegen (3) bey dem dubitando angeführten casu, justus timor, damnum injustum, & ut præcisè modò ex Literis legat quantum ad fugiendum damnum satis sit, itemq; reticentia ulterior præsupponiret wird ; die denunciations aber (4) nisi ratione officii fiant, eben so wol Verantwortung nach sich ziehen ;

Clar. dict. loc. num. 12.

Add. Manz. Decis. 68. § 69.

Decisio.

So erachten wir/dass wider densjenigen/so geheime Briefe/ ohne des Correspondenten Wissen und Willen liest/ und public macht/inquisitorie zu verfahren/ und derselbe vielmehr zu bestraffen sey.

III. Quest.

Rat. dub.

- 126.** **H**at man zu distinguiren/ ob derjenige so einen Brief selbst entwendet/ oder ein Tertius, dem ein solcher Brief/ in Ansehung seiner/ bona fide zuhanden kommt/daraus was probiren wolle.

- 126.** Priori casu ist der Brief schlechter dinge verwerfflich/ und kan dadurch nichts probiret werden;

d. text. in l. si de possessione 20 c. de probat.

- 127.** quia talis Surreptor non debet admitti ad probandum id, quod per crimen consecutus est;

Höping. d. Tr. cap. 14. n. 87. cum alleg.

- 128.** Posteriori casu möchte zwar urgiret werden/ daß der Brief gleichwol vitiofurti & falsi laborire/ quod autem initio vitiosum est , non potest tractu temporis convalescere; ex vulg. jur. reg.

Rat. Decid. **129.** Edemoch aber/nachdem secundum remonstrata ad

- 129.** I. Questionem auch aus heimlichen Briefen/ ubi de animo iniuriandi constat, einem Tertio iniuriarum Actio competit; si modo non improbat modo notitiam eorum

ALIENAS LITERAS INSPICIENDI.

39

rum adeptus esset;

vid. Everhard. *alleg. loc. n. 67.*

Inmassen/ was den Tertium anlanget/ respectu seiner der 130. Refol.
Brieff mit keinem vitio behaffet/die angeführte Regel auch rat. dubit.
de actu ab initio vitioso, quem tempus (quia non est mo-
dus inducendæ vel tollendæ obligationis) integrare ne-
quit, zu verstehen; der Brieff aber/ aus welchem ein Tertius
injuriam zu probiren intendiret / an sich selbsten/ præscin-
dendo à vitiosa contrectatione vel revelatione, keinen a-
etum vitiosum mit sich führet:

So halten wir dasfür/dass zwar posteriore causa, ge Decisio.
stalten Umständen nach/ auch entwendete Briefe, contra
Scriptorem probiren können.

Iu hypothesi aber/unsern Fall betrachtende/ ist bereits
Quæst. I. und II. deduciret/ dass auch ein Tertius aus denen
Briefen Quæstionis keine actionem behaupten könne/noch
auch Quærens die Briefe zu recognosciren schuldig/sondern
vielmehr der propalator derer selben vorzunehmen sey.

Die Vierte Frage aurichende;
IV. Quæst.
St zwart nicht ohne/ dass derjenige welcher verba inju- 131. Rat.
Griosa wider andere ausgeschüttet / und hernach vorgie- Dubit.
bet/ dass es von ihm nicht animo injuriandi geschehen / sol-
che seine Einwendung juramento zu erhärtern verbunden.

Cothmann. p. 1. ref. 18. n. 479.

Coler. *decis. 161. n. 42. p. 1.*

Nachdem aber/ nostro casu, verba per se injuriosa nicht Rat. decis.
Anzutreffen; die ad I. Quæst. angeführten conjecturæ
auch vor sich zulänglich den Quærenten zu exculpiren/ quod
non scriperit animo injuriandi;

Vid. Mev. p. 5. *decis. 219.*

Hingegen das juramentum purgatorium, in dergleichen 132. Refol.
Fällen alsdann erst zu auferlegen ist/ si quis conjecturis rat. dub.
& in-

40 CAP. II. DE VARIIS MODIS
& indicis sufficienter probare nequeat, se non habuisse
iniuriandi animum:

Berlich. *P. 5. Concl. 60. n. 10.*

Moller. *Conſt. Sax. 42. n. 31. verb. quod si presumtio-
nes & conjecture ex fatto pro eo sumi nulla o-
mnino possint p. 4.*

Decisio.

So vermeynen wir/ das dem Querenten in keinem
punct seiner Verantwortung das Juramentum purgato-
rium zu auferlegen.

Auf die Fünfte und Sechste Frage zu kommen;

v. & VI.

Quæſt.

Rat. dub.

STehet zu dubitiren/ ob nicht der Querent, zum wenige-
sten wegen der in seinen abgelassenen Briefen begange-
nen unbedachtamen Beurtheilung eines und des andern/mit
wilföhlicher Straffe anzusehen.

Rat. Decid.

P Kleine/ weiln er in solchen Briefen/ bloß seine Gedan-
ken/bey ſich ereigneter dieser oder jener Gelegenheit/ ſei-
nem Freunde/ welchem daran gelegen gewesen/ in geheim ver-
traut; und damit/ in licitis & de iure non prohibitis ver-
133 fando, per ſuprâ deducta nichts verbrochen; ceſſante au-
tem dolo & culpa, prenam ſtatuerē incivile fore; ohne
diss aber derselbe durch diesen Handel an 300. Thl. Schaden
erlitten/ welches er/ dem Berichte nach/ ſemiplenè darthun
kan :

Decisio.

Als erachten Wir/ daß Querenti in dieser Sache mit
Recht keine Strafe zuerkennet werden könne; und falls er
gleich aliquid culposi begangen hätte/ wegen des Verlusts
an 300. Thl. wenn die ſemiplena probatio iuramento sup-
pletorio bestärcket würde/ die Straffe freylich zu mitigieren
wäre. V. R. W.

SECT.

SECTIO II.

Tractans

CASUS LICITOS.

SUMMARIA.

1. *Digressio ad casus licitos.*
2. *Quer. An omnis causa à dolo
excusat.*
3. 4. 5. 6. 7. 8. *Dariuscula aliquos
tradita Dd.*
9. 10. *Reclus intellectus illius Bro-
cardici Dd. A dolo quilibet
fatua causa excusat.*
11. *In liciti Brocardicum illud
procedit, in illicitis neuti-
quam.*
12. *In turpibus dolus præsumi-
tur.*
13. *Hec præsumptio est juris.*
14. *In illicitis requiritur proba-
tio cause justæ.*
15. *Quomodo in mediis.*
16. *Jcti Tabor. judicium.*
17. *Applicatio ad Inspectionem
Literarum.*
18. *Licitum est inspicere alienas
literas Domino expresse con-
sentiente.*
19. *Non consentiens expresse non
habetur pro consentiente.*
20. *Sola taciturnitas hic non
sufficit.*
21. 22. usq; ad 29. *Quando ta-
cens consentire videatur.*
30. *Tacite consentientia Literas
inspicere licet.*
31. *Quando hoc procedit.*
32. *An & quando Fur excuse-
tur dicens se credidisse per-
missione Domini furum fa-
cium esse.*
33. *Est hoc de Arbitrio Judicis.*
34. *Ex ipsa facta etiam sumitur
conjectura, quemadmodum
declaratur exemplo.*
35. *Illicita est inspectio si quis
potet non probare ipsum Do-
minum, et si is consentiat.*
36. *Ex animo insipientia cen-
senda inspectio.*
37. *Ratificatione Domini Lite-
rarum fit licita inspectio.*
38. *Ratificatione inducit manda-
tum & jussum.*
39. *Fit Ratificatione vel verbis
F*

vel

CAP. II. DE VARIIS MODIS

42. vel facto.
 40. Quando in Delictis ratificatione Mandato aequiparetur, remissive.
 41. Dolus prateritus remitti potest.
 42. Fur non evitat poenam, licet Dominus rei furto ablatate dicat, suo consensu rem se ablatam, nisi quedam indicia hujus alleget.
 43. In furto quasi um est Rei publ. ius vindicare.
 44. Furtum est delictum privatum, sed hodiè publice vindicatur.
 45. Aliud exemplum in vulnerante scipsum.
 46. Ex pro derelicto abjectione colligitur consensus tacitus.
 47. Pro derelicto habens censetur tradere & donare, si occupans animum cognoverit.
 48. In dubio res suas nema jicare censemur.
 49. In habitatione pro derelicto voluntas & factum simul requiritur.
 50. Num hic usucatio requiriatur.
 51. Literae alienae abjectae licet, nisi a Domino revera pro
 derelicto habitare, ante tem-
 pus usucaptionis non sunt ins-
 piciende.
 52. Absq; animo pro derelicto habendi projectas literas non licet inspicere.
 53. Non amittitur Dominium per amisionem invitam.
 54. Non reddens Literas inventas furtum committit.
 55. Obligatio rem alienam invenientis.
 56. Pœna non redditum res inventas remissive.
 57. Quid facere debeant inventi. ens Literas alienas.
 58. Si in obscuro sit cui reddenda litera, quid fieri solet.
 59. Literas alienas in ignora projectas non licet extrahere.
 60. Laceratis à Domino Literis licet colligere frusta. (Ita.
 61. Quid eo casu velint Morali-
 62. Digressio ad casus invito
 Domino factæ Inspectionis.
 63. Princeps subditorum suorum Literas liberè inspicit.
 64. Solet Princeps ordinare quid velit circa Literas fieri.
 65. Limitationem Molina hic non admittimus.
 66. Imperium solutum pro Iu-
 bitu

ALIENAS LITERAS INSPICIENDI.

43

- | | |
|--|---|
| <p>bitu non restringendum.</p> <p>67. Quid de literis exterorum sentiendum.</p> <p>68. Litera dicuntur Legati.</p> <p>69. Princeps subest Juri Gent.</p> <p>70. Rhythmus German. de Lc gato morte interento.</p> <p>71. Tradita Juris Gent. varia-
tis circumstantiis mutationes
sunt obnoxia.</p> <p>72. Praeceptum Jur. Gent. de non
violando Legatis eos solum
obligat ad quos missi sunt.</p> <p>73. Quid observardum Legatio
alterius Principis ad quem
non missus est provincias
transeunti.</p> <p>74. Princeps in suis Provinciis
qualescumq; Literas inspicere
potest.</p> <p>75. Et quidem ex Jure regimi-
nis universæ publice Rei.</p> <p>76. Id Magistratus inferiori ex
rationabili causâ licitem.</p> <p>77. Cum limitatione tamen.</p> <p>78. Competit hoc etiam Superro-
ribus Religiosorum in literis
suum subiectorum.</p> <p>79. Et Dominis circa literas Va-
sillorum.</p> <p>80. Itemq; Duci Militum.</p> <p>81. Militibus prohibita omnis</p> | <p>correspondentia.</p> <p>82. Punitur Praefectus Castritan-
quam Correus non intercipi-
ens suorum Literas.</p> <p>83. Captivi absq; præscitis Prä-
fecti literas nullas emittere
possunt.</p> <p>84. Laudatur Praefectus inter-
cipiens Literas suorum.</p> <p>85. Burgeri judicium defūper.</p> <p>86. Hostium literæ a quoq; in-
tercipiende.</p> <p>87. In hostem non committitur
dolus malus sed bonus.</p> <p>88. Quascunq; res hosti interci-
pere licitum.</p> <p>89. Non intercipiens hostium li-
teras dum potest committit
Crimen Læse Majestatis.</p> <p>90. Exemplum speciale interce-
ptarum literarum.</p> <p>91. Non hostium literas ad ho-
stes directas intercipere
quando liberum.</p> <p>92. Literas dissidatorias quis
luite tollit & inspicit.</p> <p>93. Quo sint literæ dissidatoriae.</p> <p>94. Quomodo dissidatores pu-
niantur.</p> <p>95. Pari pena afficiuntur Scri-
ptores talium literarum.</p> <p>96. Ratio cur ab omnibus ex po-</p> |
|--|---|

F 2

palo



44 CAP. II. DE VARIIS MODIS

- pulo inspici possint. spicere.
97. Privatus potest literas licet aperire & inspicere ex quibus damnum aliquid justè presumit. 113. Mitis agendum cum Parentibus etiam illicite inspicientibus literas liberorum.
98. Vacat enim dolo & culpa. 114. Maritus literas Uxoris licet inspicit, non contra.
99. Ob desensionis rationem. 115. Gaudet Maritus in societate conjugali singulari Prærogativa.
100. Cicero aliquando alienas literas resignavit.
101. Judicium Höpingi de hac resignatione.
102. Uriæ literas inspiceri licet.
103. Sed tantum modo ex literis ejusmodi legendum, quantum sit satis ad effugiendam injuriam.
104. Parentes liberorum suorum literas justè inspiciunt.
105. Sanguinis ratio removet presumptionem injuryia.
106. Quoties in Consanguinitate non presumitur orimus injuriandi.
107. Tria tempora Parentum Imperis.
- 108, 109, 110. Quid in primo, secundo, tertio tempore.
111. Approbat hanc distinctionem Dn. Pufendorf.
112. Ex sola vi auctoritatis patricie non licet semper Parentibus liberorum literas in-
116. Uxor subest marito.
117. Facto non omnino procretico inspiciens literas an quid committat.
118. Alia est ignorantia mere privationis, alia præcédpositionis.
119. Quid sit Error.
120. Ignorantia vel est vincibilis vel invincibilis.
121. Ex vincibili ignorantia inspiciens literas non facit impunè.
122. Error injussus non excusat à culpa.
123. An per rusticitatem inspiciens literas licet hoc faciat.
124. Quando excusetur ex causa invincibili inspiciens literas.
125. Quid censendum de ignorantia voluntatem vel concomitante vel consequente.
126. Que-

ALIENAS LITERAS INSPICIENDI. 45

- | | |
|--|---|
| 126. Quomodo intelligendi Dd. | 129. Rejiciuntur casus aliquot
trahentes ex inadvertentia
& errore licet inspicere alienas literas. |
| 127. Dubitandi an ad se pertinet
neant literae quod facient
dum? | 130. In alienis ne simus curiosi.
131. Regula Juris. |
| 128. Consilium Ulpiani. | 132. Mitius tamen puniendo di-
ctis specialibus casibus inspi-
cientes literas alienas. |

APH. I.

Tradidimus hactenus, quid circa inspectionem alienarum literarum dolose factam juris sit; videamus namque, quibus modis excluso omni dolo literas alienas inspicere licitum sit.

II.

Sed, anne secundum vulgatum illud Brocardicum
Dd. *A dolo qualibet etiam iusta, fatua & bestialis causa excusat?* quod munitum volunt L.
igitur. 12. §. generaliter 3. ff. d. liberal. caus. & L. inter omnes
46. §. recte 7. ff. d. furt. Putamus, traditum illud inter ea 3.
referendum, quae a Veteribus Interpp. passim duriore
& rudiore loquendi more prolata; quibus non absimilia sunt: *Defensionem ne Diabolo quidem denc-* 4.
gandam esse; quod Christiano homine indignum &
vix tolerabile bene judicat Meier. in Collg. Jurid. Argent.
d. Appellat. th. 8. Itemque Nevizani plurima Paradoxa,
in quibus: *Reprehendere fccos esse peccatum in* 5.
Spiritu Sanctum: Propter necessitatem posse nos uti arte magica ad fugandam tempesta-

F 3 tem.

7. tem. Et vulgaris illa traditio: *De Jure Civili licitas esse incantationes magicas in bonum finem adhibitas, ex L. eorum, 4. C. d. Malefic.* &
8. Mathemat. Item illud: *Eos qui Legum Doctoribus Privilégia Immunitatis, non tantum quoad Munera sive Onera personalia, sed etiam quoad Patrimonialia sive realia eripere, vel quavis ratione labefactare conati fuerint, ut Sacrilegos excommunicandos.* & exilio deportationis subjiciendos esse; vid. Klock, d. *Contribut. c. 15.*
9. n. 121. Et plura ejusdem farinæ. Est ergo prædictum Brocardicum cum sanâ Interpretatione accipiendum, ne ipsum potius barbarum & bestiale audiat. Si enim tam crude & sine discretione admitti deberet, ut vulgo allegari solet, nullum amplius crimen plectendum foret. Nam quotus quisque reorum adeo stupidus est, qui ad excusandum crimen ne injustam quideam vel fatuam & bestiale causam obtendere queat.

III.

10. Quare ad rectam applicationem illius Brocardici distinctione opus est, inter facta per se licita, illicita & media. In licitis dolus nunquam præsumitur, sed probandus est; neque enim delictum committere, aut poenam mereri censetur, qui facit aliquid jure permittente. *L. Gracchus. 4. ad L. Jul. d. Adulter.* adeoque in talibus Brocardicū illud simpliciter admittimus. At nulla?

ALIENAS LITERAS INSPICIENDI. 47

nullatenus in illicitis, multoque minus in probbris na- 12.
 turâ turpibus, *L. probrum.* 42. ff. d. *V. S.* Quippe in iis do- 13.
 lus semper præsumitur, c. qui contra 82. d. *R. J. in 6.* quæ
 præsumtio est juris, & pro legitima habetur, eiç; statur
 donec probetur contrarium; *Gail. d. Pao. Publ. Lib. 1. cap.* 14.
7. n. 12. & 13. Blum. Process Cameral. Tit. 29. n. 49. proinde,
 qui rei illicitæ dedit operam, non excusatur allegatione
 qualis qualis causæ, sed demum probatione causæ justæ.
L. si non convitii. 5. C. d. injur. Bargal. d. Dol. Lib. 6. reg. 13. n.
13. & seqq. Alciat. Reg. 3. præsumpt. 30. n. 6. Peck. add. 6. 82.
d. R. J. in 6. n. 3. In mediis verò factis, quo referimus
 Inspektionem alienarum Literarum, iterum distin-
 guendum, an ob aliquam accedentem circumstantiam,
 veluti quod inspectio fiat invito Domino, vel in ipsius
 præjudicium, illicita fiant & prohibita sint, nec ne. Pri-
 ore casu rursus justæ causæ allegatio & probatio simul
 requiritur; *L. dol. verbum. 5. pr. ff. d. serv. corrupt. L. I. §. fin.*
ff. de Abig. Posteriore demum casu, quia factum in lici-
 ta incidit, qualiscunq; etiam causa à dolo non apparen-
 te nec præente excusabit. vid. Tabor. *Armanentar. Ju-*
stin. cap. 2. §. 7. ubi interpretando d. *L. 12. §. 3 ff. d. Liber.* 16.
caus. & L. 46. §. 7. ff. d. furt. demonstrat, sententiam tam
 barbaram, ut nimirum Brocardicum illud simpliciter
 & indifferenter intelligi debeat, Ulpiano placuisse non
 potuisse.

IV.

His ita præfinitis, jam ad dijudicandum licitos mo- 17.
 dos inspiciendi alienas Literas bene attendendum, utrum
 Inspectio Literarum fiat Domino volente vel invito. Si
 volente, & quidem voluntate vel expressâ vel tacitâ seu
 præsumtâ, cum volenti non fiat injuria, proculdubio
 inspectio licita erit. Sin in vito, videndum porro, an fa-
 tum Inspectionis omanino proæreticum, vel non omni-
 no pro-

48 CAP. II. DE VARIIS MODIS

no proæreticum sit. Illo casu, ut licita sit inspectio rationabilis subsit causa, cur sine Domini consensu aperi-
antur Literæ, necesse est: Hoc, probabilem habeat simplicitatem, absitq; ab omni astutia, vafritie & culpâ. Et
huc respicient omnia, quæ in sequentibus de lictâ In-
spectione dicentur.

V.

18. Si igitur, expresso Domini Literarum consensu in-
terveniente, bonâq; ipsius voluntate inspicias quæ scri-
bat, aut ad ipsum scripta sint, vel ipso certis signis annu-
ente directas ad se vel alium Literas aperias & legas,
tutissimè ita licebit inspicere. Non dicetur autem in-
spectio facta de voluntate & permissione Domini ex eo,
quod Dominus sciens & animadvertisens inspici Literas
19. illud non prohibeat: Quia non expresse consentiendo
habetur pro non consentiente; forsitan enim ipsi vere-
cundia erat non prohibere; arg. L. si quis cum sciret 91. ibi-
20. que Gloff. & Dd. ff. d. furt. Sola vero taciturnitas Domini
non inducit consensum, nisi alio præsumptio concurrat.
Dn. Herold. d. Ratificat. p. 330. n. 3 Tacens quippe in præ-
judicitalibus non habetur pro consentiente, ex vulg. scit.
21. Distinguendum tamen inter Taciturnitatem simplicem
& cum facto aliquod externo conjunctam. Quod ad pri-
us, refert, an quis contradicendo factum impedire po-
22. tuerit, an vero non potuerit: illo casu præsens & sciens,
23. & nihilominus tacens, consentire videtur; Sic si quis
præsens patiatur alium pro se fide jubere mandasse cen-
24. sebitur. L. si fidejussor. 6. C. Mand. Semper enim qui non
prohibet pro se intervenire, mandare creditur. L. 60. ff. d.
25. R. J. Similiter is contra quem sententia lata est, si tacet
& non appellat, consensisse videbitur, L. ab eo iudicato. 3.
26. C. quomod. & quand. jud. sent. Ita, si quis adstans allatas
sibi

ALIENAS LITERAS INSPICIENDI. 49

sibiliteras alterum recipere, aperire & legere pateretur, dum sine difficultate & molestia impedire posset, censeatur tacite consentire: Hoc vero cefu, si v.gr. Te praesente alter ad Te pertinentes literas reciperet, & ita se componeret, ut ab aperiione & lectione impedire non posset, non videreris Tu licet taceres consentire, quin potius Tua taciturnitas contradictioni assimilaretur.

Dyn. ad c. 25. & c 44. d. R. f. in 6. Hartm. Pistor. lib. 2 qu. 7. num. 28.

4. Quod ad posterius; si nimirum ultra Taciturnitatem aliquis actus positivus accederet; v. gr. si Tu porrigeres adstanti literas ad Te das, ostendendo, quid Tibi scriberetur, licet taceres, hoc ipso tamen tacite in inspectio- nem consentire censeris. Dicitur enim tacens consen-

29.

tire, si factum ejus aliquod consensum arguens accedat; ut est exemplum in acceptatione vel subscriptione lite- rarum, L. Fidejus. for. 26. §. pater. 1. f. de Ping.

VI.

Absentis etiam literas ex tacito seu presumto ipsi 50. us consensu inspicere licet; Herm. Busenb. *Moral. Theal.* moral. lib. 5. cap. 3. dub. 2. n. 2. Francisc. Burdon. *Moral. Tom. 2.* p. 1. resol. 50. n. 9. Molin. *de Just. & jur. Tr. 4. Disp. 36. n. 4.* De 51. bet autem haec presumptio rationabilis esse, proveniens ex conjectura nobili & probabili; ut quis credit Dominum Literarum Inspectionem permisurum: utpote, quando inspiciens est Confanguineus vel intimus Amicus Domini literarum: arg. l. inter omnes. 46. §. rede 7. f. de Furt. Nec enim furi dicenti, se credidisse Dominum rei 52. ablationem permisurum, creditur; cum contraria talem assertionem adsit Juris presumptio, quod nemo presumet suum jactare; nisi sua credulitatis aliqua verisimilia afficerat indicia, ut putat familiaritatem precedenter, vel alia; Farinac. *Criminal. quest. 147. n. 152.* Quando 53. vero

G

50 CAP. II. DE VARIIS MODIS

verò hæc credulitas dici pōsit probabilis, vel non, ut excusetur inspiciens, in Judicis est arbitrio. Menoc. de A. J. Q. lib. 2. cas. 298. n. 2. Et sumitur aliquando ex ipso facto

34. Domini literarum præsumtio taciti ipsius consensūs. Sit exemplo; Si Titius literas ad Sejum promovendas mitteret Sempronio, sub sigillo, ut dicunt, volante, per rationabilem conjecturam ei licentiam permittit hasce literas legendi; quod Titio permittere integrum est, quoad Dominus manet literarum; add. seqq. apb. 8. b. Literis autem per Tabellarium vel Procuratorem ejus ad quem mittuntur missis, tametsi sub sigillo volante ad manus Sempronii venientibus, cessat illa conjectura; siquidem eo casu is ad quem missæ sunt literæ etiam ante receptionem earum Dominus est; per ea que supra dicta sunt cap. 1. apb. 4. n. 26. adeo q; hocce casu Sempronio literas ad Sejum directas et si maximè apertas inspicere non licet. Sed si Sempronius paret Titium non probaturum Inspectionem, cùm tamen Titius vellet, commitit ni-
35. hilominus Stellionatum; arg. l. 46. §. 8 ff. de Furt. Nam etiarsi quid justum reipsâ est, sed ab eo fit, qui omnibus expensis injustum id existimat, fit vitiosum. Grot. de J. B. & P. lib. 2. cap. 23. §. 2. n. 1.

VII.

37. Purgatur tamen vitium, si scribens, vel ad quem scriptæ sunt literæ, pro tempore quo alteruter Jus habet
38. in literas inspectionem ratihaberet; inducit enim rati-
habitio mandatum; L. Semper. 60. ff. de R. J. imo tacitum jus-
39. sum; L. si quis. 25. §. Sed si. 7. ff. de acquir. hered. Et quidem si
hoc fiat vel verbis, v. gr. placet mihi, bene factum est,
Germ. Es hat nichts auf sich: vel facto ipso; si Dominus
literarum non indignaretur sciens inspectas esse, vel
40. literis disfigillatis sibi traditis nihil conquereretur. Et li-
cet.

ALIENAS LITERAS INSPICIENDI. 51

cetaliās in Delictis ratihabitio certo demū modo man-
dato æquiparetur: vid. Carer. Praet. Crim. Trad. de Homi-
cid. §. sequitur de ratum habente. Dn. Herold. de Ratificat.
cap. 3. de Oblig. ex Delict. n. 9. cap. 4. n. 103. & seqq. Hoc tamen
delicti genus, inspectionis scilicet, ita est comparatum, ut
hic interesse publicum non tantoperē concurrat. Cūm 41.
ergo dolus præteritus remitti posit, & ratificatio exclu-
dat dolum, Domino Literarum Inspectionem ratifican-
te, adeoque suo ipsius interesse renunciante, tollitur o-
mnis Reatus. Aliter in aliis delictis, e. gr. in Furto; in quo 42.
licet Dominus rei, furto ablatæ dicat, rem suo consensu
esse ablatam, non creditur hoc ipsi, ne furti accusatus pu-
niatur: nisi Domini assertio aliis indicis adjuvetur; utpo-
te amicitiae, consanguinitatis, exiguitatis rei furtivæ, &
similium. Vid. Berlich. P. 5. Concl. 44. n. 59. & seqq. Menoch.
de A. J. Qu. lib. 2. cas. 298. n. 8. Mascard. de Probat. lib. 1. concl. 34.
n. 23. lib. 3. concl. 1132. n. 3. quia in dubio præsumitur, quod
Dominus invito sit factum. Unde ex tali delicto quæsi 43.
tum est jus vindictæ Republicæ propter offensam sibi
factam; quod non potest Dominus publico auferre, di-
cendo suā voluntate esse commissum, nisi concurrat ali-
qua præsumtio ex quā hoc verisimiliter credi possit;
Gomez. Tom. 3. var. resol. cap. 5. n. 2. Licet enim furtum de 44
licitum privatum sit, hodie tamen ceu publicum publice
vindicatur. Simili modo, vulnerans seipsum non evadet 45.
impunis, licet factum hoc suum maximè ratihaberet;
quin potius eadem pœnā afficiendus quā puniendus es-
set, si alterum vulnerasset; Menoch. de A. J. Qu. lib. 2. cas.
284. n. 22. cum alleg. quamvis Farinac. Crim. qu. 128. n. 44.
adducat Joann. Andr. in Addit. ad Speculat. ponentem.
quætionem, an vulnerans seipsum puniatur pecuniariā
pœnā statuti contrā percutientem aliquem? dicenterq;

G 2

quod



52 CAP. II. DE VARIIS MODIS

quòd licet Richar. Mal. testetur; Paduæ fuisse contrarium servatum in quodam Advocato, qui pudore æris alieni volens se occidere se vulneravit, quia fuit punitus poena statuti imposita vulneranti aliquem: attamen non bene hoc factum existimat; cum debuissest tantum ab officio removeri & à Matriculâ Advocatorum; Farinac. *alleg. loc.* quod ad cætera plausibilia, sèpè parum utilia, Farinatii referimus.

VIII.

46. Colligitur porro consensus Domini Literarum, si à Domino projectæ seu pro derelicto habita sint Literæ, eà nimis mente ut eas in Dominio suo habere nolit;
47. *arg. S. quā ratione.* 47. *J. d. R. D.* quia earum abjectio vim tacitæ cujusdam traditionis sive donationis habet; *L. 1.* *L. si id quod s. ff. pro. derelict. L. quod servus. 36. ff. d. stipulat. servor.* si modo occupans sciat Literas à Domino pro derelicto habitas fuisse; *L. pro derelicto. 2. pr. ff. pro derelict.* quippe in dubio isthac voluntas non præsumitur; cum
48. *nemo rem suam temerè jaçtare censeatur.* *L. cum de in-debito. 25. impr. vers.* qui enim solvit, *ff. d. probat.* adeoque hic nuda voluntas Domini, se velle amissas literas, non
49. sufficit; nuda enim voluntate Dominium non amittitur; *L. si quis 17. §. 1. ff. d. acquir. poss.* Sed simul factum Literas abjicientis & ita pro derelicto habentis omnino requiritur. vid. Ludwel. in *Commentar.* ad d. §. 47. n. 2. *J. 50. d. R. D.* Videtur autem Literas verè pro derelicto habitas prius esse usucapiendas quam ab occupante licite inspici queant; per text. *L. id quod. 4. & L. si id. 5. ff. pro de-relicto.* Sed respond. Leges istas tunc procedere, si abjiciens Literas non erat Dominus; tunc enim usucapi debent, & titulus pro derelicto sufficiens est ad usucapionem; vid. Mynsing. ad d. §. 47. n. 4. & Manz. n. 3. d. R. D.
- Sequi.

ALIENAS LITERAS INSPICIENDI. 53.

Sequitur inde , Literas alienas bonà fide quæstas , nisi 51.
scientifice liqueat à Domino animo non habendi am-
plius abjectas esse , antè elapsum tempus usucaptionis
non esse inspiciendas . Multo minus verò inspicere lice- 52.
bit Literas à Tabellariis ob instans fortè periculum ex-
cusionis à prædonibus , vel quibusvis aliis projectas ,
arg. L. qui levanda 9. ff. ad L. Rhod. vel sine periculo etiam
ab alio, infcio Domino , abjectas , vel ab ipsomet Domi-
no casu amissas : quia per amisionem involuntariam , 53.
Dominiū non amittitur ; *S. fin. J. d. R. D.* & qui inven-
tas literas non reddit ei ad quem pertinent , furtum com-
mirit. *C. si quid invenisti XIV. quv. 5.* Tenetur quippe is , qui 54.
rem nostram habet in suā potestate , efficere quantum
in se est , ut in nostram potestatem veniat. *Grot. d. J. B.*
¶ P. Lib. 2. cap. 10. §. 1. n. 2. Quomodo vero puniri de 56.
beat Inventor rei alienæ eam non restituens ; vid. Car-
pzov. *Crim. quv. 86.* Tutissime autem & honestissimè fa- 57.
cit inveniens literas alienas ob-signatas , ignorans eum ad
quem sunt inscriptæ , dubitans tamen an sint pro dere-
licto habitæ ; si publicè per Praeconem inventionem in-
dicet , aut libellum publicè propositum , valvis curiæ ali-
ove loco , ubi frequenter homines solent confluere , affi-
gi curet , & se paratum Domino vero literas reddendi of-
ferat , juxta consilium Ulpiani in *L. Fassus. 43.* *S. proinde. 8.*
ff. d. Furt. Sicut hoc etiam extra casum inventionis , ubi 58.
in obscuro est quem in fronte gerant literæ , vel etiam
indifferenter , per schedulam affixam Tabulis ad Ædes
cursorum publicorum , sive ut vocant , Postarum obser-
vari solet . At verò , si in ignem fortè projectæ forent , 59.
literæ ut comburerentur , non licet eas extrahere & le-
gere ; vid. Herm. Busenb. *Medull. Theol. moral. Lib. 5. cap. 3.*
dub. 2. Eum enim in finem projectæ sunt , ut ne in alicu-

54 CAP. II. DE VARIIS MODIS

60 jus venirent notitiam. Aliud, si literæ à Domino essent dilaceratae & proiectæ; licebit enim eo casu recolligere frustra, & junctis partibus legere literas tamquam pro 61. derelicto habitas. Volunt tamen Moralista, Te ex charitate teneri non manivestare secretum in istis ita resestis & restabilitis literis contentum; siquidem revelans ejusmodi secretum (cujus notitiam etiam justè acquisivit) contrà justitiam peccet, si intelligat audientes ea notitiâ usuros ad damnum injustè inferendum; post Laymann, Busenb. cit. loc. n. 6.

IX.

62. Ei ita voluntate Domini leguntur Literæ; sequitur nunc dicere, quâ ratione invito quandoque etiam Domino, tûm ex facto insipientis proæretico, tûm ex non omnino proæretico licite inspiciantur.

X.

63. Nullum est dubium, quin Princeps, non urgente licet necessitate publicâ, ex potestate in caput subditu, cuius vigore ipsi in omnes actiones subditorum inquirere, moresque ipsorum disponere & dirigere integrum est, subditorum suorum literas, pro lubitu, sive tectæ sint, 64 sive apertæ, inspicere poscit. Unde aliquando solet edici, ne literæ mitantur aut recipiantur nisi inspiciente eas 65. Principe, vei ejus ministris ad id Deputatis. Nec admittimus hic limitationem illara Molinae d. Just. & Jur. Trad. 4. Dif. 36. n. 5. hos Ministros, si certò scirent in aliquibus literis nihil contineri, quod præjudicium afferre posset Reipublicæ, cernerentq; periclitari alicujus famam, si ulterius in eis legeretur, teneri desistere ab eâ lectione, transfereq; ad aliud: cum legere eas literas solum sit licitum, quantum sit satis ut bono communi prospiciatur.

Siqui-

ALIENAS LITERAS INSPICIENDI. 35

Siquidem summum illud soluti Imperii Axioma ejus- 66.
modi restrictiones non patitur. Sed licetne Principi non
subditorum & exterorum etiam literas inspicere ; sive 67.
eas quæ in provinciâ suâ manere, sive eas quæ ditiones
suas modo transire debent ? Videtur, quod non liceat :
sunt enim literæ Legatorum instar; Menoch. d. A. f. Q. 68.
cas. 311. n. 12. Höping. d. Jur. Sigill. cap. 14. n. 42. cum alleg.
Legatos autem non esse violandos vulgatum est scitum 69.
juris gentium ; cui proculdubio Princeps etiam suberit.
Liceat huc apponere lepidum sanè Rhytmum Viri cu- 70.
jusdarn ad elegantiam literatissimi , de Legati interem-
ptione :

Mein König schickte mich in ein berühmtes Land ;
Ich hoffte frey zu seyn von aller Völker Hand ;
Mein hoffen war umsonst/ der Tod hat mich erschlagen ;
Der Flegel wußte nicht was die Juristen sagen.

Verum, præterquam quod literæ nimis impropriè & 71.
per analogiam duntaxat Legatorum nomine veniant,
licet hoc in thesi concedamus, literas jure gentium invi-
tolabiles esse, quin tamen hoc traditum, prout alia juris
naturæ & gentium, in hypothesi, variatis nimirum cir-
cumstantiis, circumscribi & mutari possit nemo est de
Scholâ JCtorum qui ambigat. Quid, quod ea etiam quæ 72.
de vi Legatis non inferenda traduntur, non aliter intelli-
genda quam quod eum saltem obligent ad quem missa
est Legatio ; nec pertinent ad eos, per quorum fines non
accepta veniam transeunt Legati, vid. Grot. d. f. B. & P. L. 2.
cap. 18 § 5. n. 1. Ideoque, cui Legato per alius Provinciæ 73.
limites proficiscendum est, exploratum esse debet, an
Princeps ille amicus sit, vel hostis sui Domini ; item, an
ditio illa bellis sit implicata : utrobiq; satius est, aut fide
publicâ se communire, & transiū veniam petere, nec
prius

56 CAP. II. DE VARIIS MODIS

prius se committere itineri, quām probē si cautum sit
a Principe per cuius ditiones iter est agendum, aut cer-
tē clandestino illud suscipiendum, præsertim si sine spe
fidei publicæ transeundum sit. Jo. à Chokier d. Legat. cap.

74. 40 p.m. 95. Quanto ergo minus literæ veri Legati perso-
nam gerunt, tanto magis hoc etiam in iis obtinebit; &
consequenter Principi in suis Provinciis qualescunq;
advolantes vel transeuntes Literas inspicere licitum e-
rit. Studio hic intactam relinquimus Regalis illius juris
Cursorum publicorum, sive, ut vocant, Postarum fin-
75. gularē vim & efficaciam; siquidem qualescunq; lite-
ras exteris, tamen si extra directionem Postarum consti-
tutas, ex jure Regiminis universæ publicæ rei Principis
arbitrio submittimus.

XI.

76. Magistratui itidem inferiori, ex rationabili causâ
cavendi sibi ab injuriis & insidiis si nimirūm justè præ-
sumat literarum contenta bono publico præjudicare,
literas qualescunq; intercipere & inspicere licet; Leon-
hard. Less. de J. & J. lib. 2. c. 12. dub. 18. n. 133. Herm. Busenb. Me-
77. dull. Theolog. Moral. lib. 5. cap. 3. dub. 2. n. 1. Et eo caufa locum
facimus limitationi illi Molinæ. alleg. loc. in prec. aph. n. 65.

XII.

78. Superior quoq; Religiosus & Prælatus Literas suo-
rum subditorum (dummodo non mittuntur ad Superio-
rem majorem, vel talem quem statu eximant, nee ab
eo veniant) licite aperit & inspicit; sive ex Religionis sta-
tuto aut consuetudine; sive ex suspicione probabili, quod
mali aliquid contineant. vid. Herm. Busenb. cit. loc. n. 3.
Escob. Peirin de Relig. Tom. I. qu. 2. cap. 1. Molin. de J. & J. Jur.
cit. loc. Lessius de J. & J. lib. 2. cap. 12. dub. 18. n. 131. Barbos.
29. ad c. 33 X. d. Off. f. iud. deleg. n. 3. Höping. cit. loc. num. 84. Ita
etiam

ALIENAS LITERAS INSPICIENDI.

57

etiam Dominis Vasallorum suorum literas aperire & legere fas est ; Franc. Vivius. *decis. 62. n. 3.* Joan. Aloys. Ricc. *Part. 5. Decis. collect. 1929.* Nicol. de Passer. *d. Script. priv. Lib. 3. dub. t. n. 22. conf. Ozor. Infl. Moral. Lib. 13. cap. 31. p. 3.* Et Dux Militum Literas subjectorum suorum libere inspicit ; præprimis tempore Belli. Prohibita enim est militibus omnis commutatio Literarum , sive, ut vocant, Correspondentia, sub poenâ capitali : Welcher Of- ficer und Soldat mit dem Feinde / es sey mündlich oder schriftlich/ an was Orth und Stelle er wolle / correspon- dire/ soll am Leben gestraffet werden. vid. Churfürstl. Brandenburg. Kriegs-Recht Tit. 8. Art. 43. Item/ niemand soll sich untersangen einige Brieffs anzunehmen / oder fortzusenden/ ohne in Gegenwart des Capitains/ der sie erst visitiren/ und bey dem Admiral oder Vice-Admiral abgeben sol/bey Vermeidung des Galgens. Churfürstl. Brandenburg. See- Kriegs-Recht Art. 24. Et quod speciale est , si Praefectus Castri resciat, Literas cum hoste commutari, eas vero non intercipiat & aperiat, tanquam conscientius & correus eandem peccatum incurrit. Churfürstl. Brandenburg. Kriegs- Recht ad Tit. 8. Art. 43. in not. n. 2. ubi additur n. 4. Eben 83. der Ursache halber ist auch Herkommen im Kriege/ das der Gefangenen Brieffs nicht müssen von denen Gefange- nen selbst versiegelt/ und an deren Parthey übersandt/ son- dern dem Gouverneur des Orths zugestellet/ und von dem- selben gehöriger Derther dressiert werden; und welcher Ge- sangener deme zu wider handelt/ ist Kriegs-Raison nach/ei- nem Bervâther gleich zu straffen. Mereturq; laudem Prae- fectus Castri, aperiendo literas ad suos praesidiarios mi- lites transmissas ; Joach. Burger. Singular. observat. jurid. polit. militar. cent. 4. obs. 13. Deducit hoc sequentibus ver- bis suis formalibus : Denn ob zwar sonst nach gemeinen

84.

H

beschrie-

85.

sit
er-
spe
ap.
so-
&
nq;
e-
ris
in-
te-
sti-
pis

isâ
ræ-
re,
on-
le-
um
65.

io-
io-
ab
ta-
öd
3.
ur.
os.
Itä
am



58 CAP. II. DE VARIIS MODIS

beschriebenen Rechten verbothen/ daß einer dem andern seinen Brief erbreche und durchlese / und verglichen resignation ordinariè für eine falsch gehalten werde/ juxta allegata Danhouderi in pr. Crim. c. 122. n. 19. § 20. (qualiter hoc admittamus vid. supr. c. 2. Scđ. 1. aph. 4. n. 16. & seqq.) So cesiret doch diese prohibition, wenn die Briefe im Kriegs- Zeiten von verdächtigen und feindlichen Orthen herkommen/ auff welchen Fall einem jeden vorsichtigen Commandanten nicht alleine unverbothen/ sondern auch seiner Pflicht- Schuldigkeit obliegen thut/ verglichen Brief ohngeheuer zu intercipiren/ zu eröffnen und durchzulesen / weil man sich in Kriegs- Händeln immer allzuwohl vorsehen kan; Et regulariter nullum adversus fraudes & infidias firmius munimentum sit, quam provida & sapiens diffidentia; Gestalt dergleichen Behutsamkeit und vorsichtige diffidenz an einem Commandanten mehr als eine, unbedachtsame Securitas zu loben siehet. Idem alleg. loc. citat. i. obs. 88.

XIII.

86. Imò Literas hostium cuivis intercipere & legere
87. licitum; vid. Franc. Pfeil. cons. 195. Nam non committitur dolus in hostem, sui periculi vel damni vitandi & averterendi causa adversus eum quid moliendo; cum non sit conceptus in detrimentum alterius, sed solum in defensionem concipientis. Non ergo est malus. sed dolus bonus, & solertia potius laudanda; L. 1. f. d. dol. mal. Obtineturque hic ilius: *Dolus an Virtus quis in hoste requirat?* Quin hosti alias etiam res intercipere licet; vid. Churfürstl. Brandenb. Kriegs- Recht in not. ad Tit. 8. n. 43. Ubi proponitur Quæstio; Ob man die Waaren und Sachen/ so dem Feinde zugesandt werden/ gehören aber denen so unsere Freunde / oder doch unsere offenbare Feinde nicht

ALIENAS LITERAS INSPICIENDI. 59

nicht sind / intercipiren und confisciren möge ? Et tantum 89.
 abeit, ut hostium literas non liceat intercipere , ut etiam
 is, qui curat vel permittit Literas ejusmodi transire, cum
 prohibere vel intercipere possit , Crimen Læsæ Maiesta-
 tis incurrat ; Decian. Tr. Crim. L. 7. cap. 13. n. 21. Rosenth.
 d. Feud. cap. 10. concl. 19. n. 5. Notat speciale exemplum 90.
 quo Cæsariani in Bello Polono Literas S. R. ab B. G. de-
 stinatas, arithmeticis quibusdam notis scriptas, interce-
 perint & aperuerint ; ex quibus etiam sensum sat bene
 eruerint, affectumq; erga Imperium cognoverint; Joach.
 Burger. cit. loc. cent. 2. obs. 95. Eorum etiam ad hostes di- 91.
 rectat Literas, qui hostes non sunt, ob rationabilem su-
 spicionis causam intercipere liberum. Quid autem cir-
 ca ejusmodi interceptionem, præprimis aliarum etiam
 rerum, attendendum sit, vid. ap. Grot. d. J. B. & P. lib. 3.
 cap. 1. §. 5.

XIV.

Parili modo privato cuilibet Literas diffidatorias 92.
 (Fehde-Absags: oder Feinds-Brieße) certo in loco positas
 tollere & inspicere licet. Sunt eæ quibus à scelesto quo- 93.
 piam extrema persecutio vitæ, sanguinis & bonorum
 toti Populo & Universitati denunciatur. Ejusmodi dif- 94.
 fidatores hodie publicis Imperii constitutionibus &
 statutis Municipalibus, et si ad nullum actum pervenerint,
 capitali tamen suppicio afficiuntur ; P. H. D. Art. 128.
 Reichs-Absch. zu Augspurg. d. A. 1555. §. Wir sezen. Bran-
 denb. Hals-Gerichts Ordin. Art. 154. Nec tantum diffidans: 95.
 Welcher jemand wider Recht und Willigkeit mutwillig be-
 fehdet/ capite plectitur. d. art. 128. P. H. D. Sed & Adju-
 tores, illi sc. qui Literas diffidationum scribunt & con-
 cipiunt, und sich die verbothene sträfliche Fehde- und Abs-
 sags-Brieße zu schreiben gebrauchen lassen / werden nicht we-

60 CAP. II. DE VARIIS MODIS

niger als der Dissident selber nach des Reichs-Ordnung mit unangefäigter Straffe angesehen; Reichs-Absch. zu Regensp. d. A. 1594. S. derogleichen. vid. Wehn. Obs. pral. verb.

96. Befehden. & Carp z Pr. Crim. qu. 37. perit. Quia ergo hi-
sce Literis hostilia toti populo denunciantur, sine dubio

quibus ex populo jus haber eas inspiciendi, & periculum

97. imminens quantum possibile avertendi. Extrā Termi-
nus publicæ necessitatis etiam, quilibet privatus licet a-
perit & inspicit Literas alienas, quibus timeret sibi damnum
aliquid injuste parari, ac malum posse inde evenire, ut
illud fugiat ac impeditat, licetq; idem, quando justè quis
timeret, parari proximo Literis iis damnum injustum,
aut ex illis possè illud injustè sequi, ut illud ex charitate
impedire posit. vid. Ludov. Molin. d. J. & J. Tr. 4. disp.
36. n. 45. & conf. Leff. d. J. & J. Lib. 1. cap. 12. dub. 18. n. 131.
Barbos. ad cap. 33. X. d. offic. Jud. deleg. n. 3. Bosenb. Medull.
Theol. moral. lib. 5. cap. 3. dub. 2. n. 1. Francisc. Bordon Oper.
Moral. Tom. 2. resol. 50. n. 9. Rub. decis. 60. Ricc. p. 5. collect.
decis. 1929. Vivius decis. 62. n. 7. Nicol. d. Passer. de script.
priv. Lib. 3. dub. 1. n. 21. Höping. d. Jur. Sigill. cap. 14. n. 81. &
98. 86. Qui enim justè timeret damnum, vel controversiam
saltē ab aliquo, & ejus metu facit, quod alias est per se
prohibitum, ille dolo & culpâ vacat, sine quorum altero
nullum factum punitur. Menoch. recuper. posses. remed.

99. 11. n. 15. Nam licet factum intercedat, quod per se illici-
tum est, tamen quemadmodum qui sui defendendi cau-
sa etiam cum internecione aggressoris telo usus est, non
hominis occidendi causâ habuisse telum. Legibus judi-
catur sita, qui sui defendendi causâ Literas alienas ape-
rit, aut rem alienam occupat, aperuisse & occupasse non
judicandus; cum in his causa non factum inspiciendum
sit, L. verum 39. ff. de Punit. L. quod 33. ff. d. injur. vid. post

Cyriac.

ALIENAS LITERAS INSPICIENDI.

61

Cyriac. *controversi. 132. pertut. Henric. Michaël. Responsi. 21.*
pag. 309. & seqq. Adducit Höping. *cit. loc. n. 65.* Exemplum 100
 Ciceronis, qui in *Epistol. ad Atticum Lib. 9.* fateatur, cum
 Literarum quidam Fasciculus in manus suas incidisset,
 quamvis ad se scriptum nihil esset, quasdam tamen re-
 signasse, quod suspicaretur iis famam suam proscindi, ut
 & in aliis, quas sibi legendas hi dederant, ad quos mis-
 sa erant. Et subdit Höping. suum judicium; non ma- 101
 gnoperé culpandum Ciceronem, quem justus dolor ad
 hujusmodi Literarum resignationem impulerit, quasq;
 nihilominus reddi fideliter curaverit. Adeoq; portans 102
 Bellerophontis vel Uriæ Literas, si probabiliter cognoscat
 paratum sibi in iis damnum injustum, meretur ve-
 niā aperiendo & inspiciendo eas; *vid. c. cum olim 33. X.*
d. offic. jud. deleg. Sed eo casu volunt, privatum præcise 103
 modò tsntum in Literis legere debere, quantum sit fa-
 tis ad cognoscendam & effugientiam injuriam, post Na-
 varr. Anton. Molin. Höping. *alleg. loc. n. 86. & Busenb. cit.*
loc. n. 4. quod non caret ratione.

XV.

Parentes etiam licet aperint Literas Liberorum 104
 suorum, & alii qui loco Parentum sunt; quia sanguinis 105
 ratio removet præsumptionem injuriæ inferendæ; *L.*
Prator. 7. §. sed & 3. ff. d. injur. conf. Ozor. Inst. Moral. p. 3. lib.
13. cap. 31. non præsumitur enim injuriandi Animus inter 106
 consanguineos usq; ad septimum gradum; *gloss. in L. ve-*
stib. 39. ff. d. injur. Gail. Lib. 2. obs. 106. n. 6. Sed hoc ita sim- 107
 pliciter nolim accipi; cum Parentum in Liberos Imperii
 non omni tempore eadem sit Autoritas. Grotius in Li-
 beris tria tempora distinguenda esse monet. Primum
 tempus imperfecti judicii appellat, quo liberi suo co-
 silio & rationis usu non possunt esse salvi. Alterum tem-

H. 3.

pus

62 CAP. II. DE VARIIS MODIS

pus adulti seu perfecti judicij vocat, quo quidem liberi
suo consilio sic satis sibi prospicere nōrint, sit tamen ad
hoc pars Familiae. Tertium est, quo Liberi pars Familiæ
esse desierunt. In primo tempore, inquit Grotius, o-
mines Liberorum actiones sunt sub Imperio Parentum.
In secundo tempore, quo jam cum ætate judicium ma-
turiuit, illæ actiones tantum sunt obnoxiae parentum im-
perio, quæ ad Statum Familiae aliquid momentum con-
ferunt, cæteras tamen actiones ut ita instituant, ne pa-
rentibus displiceant, neve quid designent, quod reveren-
tia & pietati minus sit conveniens. Tertio tempore, ait,
Liberos esse sui juris, modo pietatis & observantiae sem-
per sint memores; quod ejus causa sit perpetua. Quæ
pluribus explicat d. J. B. & P. Lib. 2. cap. 5. n. 2. § seqq. Ad
probatq; hanc distinctionem Accuratiss. Dn. Pufendorf.
d. J. N. G. Lib. 6. cap. 2. §. 7. & seqq. ad eximendum scru-
pulum distinctionem hanc respiciunt solidam addu-
cens rationem: Nam licet Sacrae Literæ indistinctim li-
beris obsequium erga Parentes inculcent, nequidquam
tamen eadem prohibent, quo minus diverso modo tra-
ctetur tener pusio, & plena ætate Juvenis; sicut nec eæ-
dem requirunt, ut nunquam vivis parentibus adulitus fi-
lius paternâ familiâ excedat. Et si ergo quolibet horum
temporum præsumptio injuriandi in Parentibus cesseret;
quia tamen non sola ratio injuriarum in inspiciendis Li-
teris solet attendi, putarem, quando liberi sui Juris sunt.
Parentes literas ipsorum, invitatis ipsis, causis aliis ratio-
nabilibus deficientibus, ex sola vi auctoritatis patriæ in-
spicere non debere. Quamvis hoc largiar, cum Paren-
tibus insipientibus literas sui juris liberorum mitius a-
gendum esse, ita quidem, ut ne permanenti pietatis &
observantiae debito quodammodo detrahatur.

XVI.

ALIENAS LITERAS INSPICIENDI. 63
XVI.

Marito quoq; Uxorū suā Literas aperire & legere ¹¹⁴ liberum est : *vid. cit. Dd. apb. 14. n. 97. conf. Ozor. Inst. Moral. p. 3. Lib. 13. cap. 31.* sed non contra: Siquidem Mari- ¹¹⁵ tum in Societate conjugali prærogativā imperandi diri- gendiq; actiones uxoris , & quidem semper & ubique, gaudere convenit : Uxor autem semper se habet instar ¹¹⁶ ejus qui paret & regitur ; consequenter judicium ratio- nemve censoriam in res mariti nunquam affectare de- bet.

XVII.

Ceterū, qui factō non omnino proæretico, (velu- ¹¹⁷ ti Libertate proæf eos per Ignorantiam impeditā) alie- nas literas aperit & inspicit, pro qualitate admisi vel ve- niā, vel faltem mitiori pñnā dignus habetur. Designa- ¹¹⁸ mus hic non mera privationis sed præba dispositio- nis Ignorantiam, quæ alias Error dicitur ; qui con- ¹¹⁹ tingit, cùm res sese habet aliter quam creditur : quo mo- dū primum omnium inter Ignorantem (mera priva- tionis sc.) & Errorē distinxisse Azonem in Summ. C. de- jur. & fact. ignor. observavit Menoch. lib. 6. praf. 23. n. 4. Ut ¹²⁰ autem assequamur Inspectionis per Errorē factæ Ex- cussionem , obseruemus , an facta sit ex Ignorantia (pravæ ft. dispositionis) vincibili vel invincibili. Si ex ¹²¹ vincibili ; nimirū, si quis scire poterat & debebat porre- ¹²² Etas forte sibi Literas ad se non pertinere, ex inadverten- tiā (quem Terminus usurpant Dd.) tamen aperiāt & in- spiciat, non faciet hoc imponis ; cùm Error injustus non excusat à culpā: Brunnem. ad L. 12. §. 3 n. 3 ff. de liberal. cauf. ¹²³ quæ pro ratione vel sexū, vel ætatis, vel conditionis, vi- ¹²⁴ tæ ge-

tæ generis vel peritiæ, gravior vel levior est; daturq; h̄c locus distinctionibus illis magistratibus, in diligentiam exactam, exactiorem & exactissimam, itemq; in culpam latam, levem & levissimam. Itaque, si quis per Rusticitatem aperiat vel inspiciat alienas literas, non tenetur quidem doli mali arg. L. si qua. 7. §. doli. 4 ff. d. Juricidii. at tamen ob admissam culpam extraordinariâ, cenâ multandus est; vid. Barth. Bertazz. Lib. 1. conf. 112. conf. Menoch. d. A. f. Q. Lib. 2. cas. 194. ubi ventilat, quando Rustici ob Rusticitatem excusationem mereantur, vel non, per tot. Si ex invincibili Ignorantia Inspectio facta (sc. quando Error, omni licet adhibitâ diligentiam, averti tamen non potuit) tūm excusatur, si ignorantia etiam in suâ causâ sit invincibilis: v. gr. Si Titius literas forte suo nomine & cognomine inscriptas, ad se directas existimans, quæ tamen ad alium ejusdem nominis & generis scriptæ essent, aperiret & inspiceret, lícite proflus hoc faceret: cum h̄c justa planè volendi causa antecesserit ignorantiam, quæ si non data fuisset Titius Literas non inspexisset. Quod tamen in concomitante voluntatem ignorantia, si nimirum cognoscens ad se Literas non pertinere lætetur de inspectione, vel saltem illius eum non penteat; & in consequente voluntatem ignorantia, quam adfectatam dicimus (cum utroq; casu inspectio Literarum suo modo de proæfesi multum participer) aliter censendum. Et ita cum sanâ hâc discretione intelligenda esse arbitramur, quæ, quod ad inadvertientiam & Errorrem licite aperientium alienas Literas, in genere tradunt sæpè allegati Dd. Molin. Leff Barbos. Bordon. Ricc. Nicol. d. Paffer. Höping. Vivius. cit. loc. add. Farinae. Crim. qu. 150. p. 4. n. 131. & alii.

ALIENAS LITERAS INSPICIENDI. 65

XVIII.

Quid vero, si quis datâ licet justâ causâ Erroris in
vincibilis nihilominù; hæsitet scrupulunque habeat, an

Literæ ad ipsum perineant? Eo casu sequi is debet illud

Cic. de Offic. lib. 1. *B*nē praciipiunt qui vetant quic-
quam agere quod dubites aequum sit an iniquum.

Æquitas enim lucet ipsa per se; dubitatio autem
cogitationem significat injuria. Dicuntque Hebræi

Magistri: *A*bstine Te à re dubiâ; Grot. de J. B. §

Pac. lib. 2. cap. 23. §. 2. n. 2. In scrupulosâ conscientiâ quid 128

faciendum v d. Dn Pufendorf. de J. N. & G. lib. I. c. 3. §. 9.

Adeoq; amplecten lurn potius Consilium Ulpiani in L.

*F*alsus 43. § proinde 8. ff. de Furt. supr. n. 56. adductum.

XIX.

Illi autem casus licite inspiciendi alienas Literas: 129

Solius nimirūm Curiositatis gratiâ, sciendi no-

va, aut ridendi ob elegantem vel barbarem

compositionem: deinde, si Literæ continerent res

parbi momenti: & si ex inspectione nullum sit

periculum alterius incommodi: aliquie ejusdem

censûs, qui plerisq; Dd. probantur, rectæ rationis tru-

tinâ examinati pro excusabilibus & legitimis haberí

non possunt. Præterquam enim quod in alienis non de

beamus esse curiosi, est regula juris generalis Inspectio-

nem Literarum alienarum nunc diëtis & similibus casi-

bus invito Domino præcludens: *N*imirūm, *O*mnes sci-

re debere, quod suum non est hoc ad alios modis

130

omni-

66 CAP. II. DE REPUGNANTIB.

omnibus pertinere L. fin. C. unde vi. Conf. supr. Sez. I.

132. *Aph. 9. n. 70.* Quamvis hoc non negandum putemus: iis casibus non penam Stellionatus, sed leviorem aliquam extraordinariam insipienti infligendam esse; vid. Michaël resp. 21. p. 312.

CAPUT. III.

Tradens

REPUGNANTIA INSPECTION. ALIEN. LITER.

SUMMARIA.

- | | |
|---|---|
| 1. <i>REpugnantia Inspect. alien. liter. tum Negationis, tum Privationis.</i> | 15. 16. <i>Quando laudi lucatur ad se spectantes literas non inspicere.</i> |
| 2. <i>Prudenter facit literas ad se non spectantes non facile inspiciens.</i> | 17. <i>Illustratur hoc exemplo Dn. de la Guiche.</i> |
| 3. 4. 5. 6. <i>Vitam maxime perturbat inutilis Curiositas.</i> | 18. <i>Quibus de causis literae ad nosmet ipsos directe nec inspiciantur nec acceptentur.</i> |
| 7. 8. <i>Nec Sertorii chartas perlegit Pompejus M. nec Sollichi literas aperuit Fridericus Imperator.</i> | 19. <i>Optimum injuria vindicandi remedium contemptus.</i> |
| 9. <i>In magnum discrimen adduicit sape literas sibimet ipsis directas legere negligentes.</i> | 20. <i>Si titulus non respondeat dignitati ejus ad quem literae directae, iunc possunt remitti.</i> |
| 10. <i>Usq; ad 14. Quod variis illustratur exemplo.</i> | 21. <i>Quod exemplo illustratur.</i> |
| | 22. <i>Alia exempla adducuntur remissive.</i> |

23. Ur.

INSPECTION. ALIENAR. LITERAR.

67

23. Urgens tetulum libi competenter poscit quod sibi debetur.
 24. Ad injuriam committendam factum requiritur.
 25. Titulus denegatur vel animo injuriandi vel non.
 26. Etiam omissendo insertur injuria.
 27. Demonstratur id exemplo.
 28. An injuriarum teneatur, qui in causa est quo minus honores alieni decernantur.
 29. Competit actio injuriarum si per contemptum remittantur Literæ.
 30. Etiam nutu insertur injuria.
 31. Quid juris si ob debitum titulum studio denegatum remittantur literæ.
 32. Injuria injuria compensatur.
 33. Provocatus mitius puniendus.
 34. Resolutio textuum obstantium reminiscere.
 35. Interdum & literæ pro de-
reliquo habita non inspicien-
dæ.
 36. & 37. Quâ pœnâ Inventor
famosarum literarum cas-
inficiens & propalans sit
afficiendus.
 38 Non semper conduceit literas
ad se datas inspicere.
 39. Literas obligationem conti-
nentes sine protestatione ac-
cipiens præsumitur eas ap-
probare.
 40. Debitor literas in quibus re-
petitur debitum sine prote-
statione recipient, censetur
consentire in debitum.
 41. Requiritur tamen ut scien-
ter eas receperit.
 42. Quando talis scientia præ-
sumatur.
 43. Possimus Epistolam tantam
in iis recipere que nobis pro-
sunt.
 44. Quid sit juris in Literis
Cambi.
 45. Literæ à Aviso sunt funda-
mentum acceptationis.
 46. Sole tamen non sufficiunt.
 47. Num tertius Cambium sol-
vere posuit si is cui Trasfa-
facta literas acceptare no-
lit.
 48. & 49. Subjicitur cautela pro
Tertio, & quid moris inter
mercatores.
 50. Transiit ad posterius ca-
pit.

I 2

68 CAP. III. DE REPUGNANTIB.

- pitis hujus membrum.
51. Imperatam Principis rescriptum ut sit ullius effectus quid requiratur.
52. Robur accipit Rescriptum à die presentationis.
53. Quod procedit in Rescriptis justitiae.
54. Caduca sunt Rescripta nisi intra annum presententur.
55. Obstet L.2. C.de divers. Rescript.
56. Unde Interpp. differentiam statuunt inter J. Can. & Civ.
57. Que tamen non facile inducenda.
58. Conciliatio textuum obstatium.
59. Quando Lator in privatis literis moram committens tenetur ad interest.
60. Literæ creditæ non negligenter habende.
61. Post & Praefectus Literas justitius detinens omne damnum resarcire tenetur.
62. Retinere eas tamen potest donec merces persolvatur.
63. & 64. Quid juris si tabellaris se amississe literas affirmet.
65. Ad custodiam scripturarum ex officio obligati, non admittuntur ad probationem amissionis per solum jurementum.
66. Precise enim obligantur ad earum exhibitionem.
67. Cujus periculum sit si tabellaris probet se in latrones incidisse & spoliatum esse, literis vero additi fasciculi quibus aurum contineretur, remisive.
68. Quia Actione experindum, si alii, quam cui inscriptæ reddantur literæ.
69. & 70. Quid juris si tabellaris mercede vel acceptâ vel non acceptâ literas perferendas abjecerit vel laceraverit, remisive.

APH. I.

I. **P**rononcius hic Repugnantia, tum ratione Negationis, tum ratione Privationis; quæ nimis quovis modo impedimento sunt, quo minus literæ alienæ inspiciantur vel legantur.

II. Et

Et prudenter sane agunt, qui alienas ad se non spe-
 II. 2.
 Etantes literas non facile inspiciunt. Vix enim ex judicio
 judiciosisissimi Francisc. Bacon. Baron de Verulam. de
 Augment. Scientiar. lib. 8. c. 2. p. m. 210. credi potest, quantum
 vitam perturbet inutilis curiositas, circa illas res quæ
 nostra etiam intersunt: nimirum, quando Secreta illa ri-
 mari satagimus, quæ detecta & inventa ægritudinem
 quidem animo inferant, ad consilia autem expedienda
 nihil juvent. Primo enim sequitur animi vexatio & in-
 quietudo; cum humana omnia perfidia & ingratitudi-
 nis plena sint: adeò ut, si comparari posset speculum ali-
 quod magicum, in quo odia, & quæcunq; contrà nos ul-
 libi commoventur, intueri possemus, melius nobis foret,
 si protinus proiecseretur & collideretur. Hujusmodi
 enim res veluti foliorum murmura sunt, & brevi evane-
 scunt. Secundo, curiositas illa animum suspicionibus ni-
 mis onerat, quod consiliis inimicissimum est; eaq; red-
 dit inconstantia & complicata. Tertio, eadem mala ipsa
 sèpissimè figit, aliás prætervolatura. Grave enim est 6.
 conscientias hominum irritare; qui, si latere se putent,
 facile mutantur in melius; si deprehensos se sentiant,
 malum malo pellunt. Merito ergo summæ prudentiae 7.
 tribuebatur Pompejo Magno, quod Sertorii chartas uni-
 versas, nec à se perlectas, nec aliis permisssas, igni proti-
 nus dedisset. Laudaturque Fridericus Imperator, quod 8.
 Casparis Sollichii amici sui literas nonnullis Hungaricis
 inscriptas, et si proditionis instrumenta esse resciret, ape-
 rire tamen noluerit.

Nolim tamen hoc ipso probare incuriam illorum, 9.
 qui sibi metipsis etiam directas literas inspicere negli-
 gunt.

70 CAP. III. DE REPUGNANTIB.

gunt. Adduxit hoc tales s^ep^e in magnum discrimen ;
10. Qualiter Astyana^ti Lampsacenorum Tyranno accidisse legitur. Is enim, c^{um} missam sibi Epistolam, quae indicium coniurationis continebat, legere neglexisset, dicitur adhuc tenens epistolam illico interiit. Pari sorte Julius Cæsar indicem Coniurationis Libellum in manu tenuens fato concessit. Cadmea quoque Thebis eandem ob causam fuit capta. Et Mitylenæ in Lesbo simile accidit.
12. Thenæ, Brabantia^t oppidum , itidem ob eandem magnam negligentiam cladem paissæ sunt. C^{um} enim Praefectus Urbis aliunde literas sub vesperam accepisset, quibus Hollandum militem in propinquuo esse significabatur , magisq; lætus esset quam providus, inter libertias convivii nuptialis, eadē ipsâ nocte quæ vesperam fecuta est, hostis de repeate Urbem felici conatu invasit, oppugnavit, rebusque omnibus spoliavit. Quæ sanè exempla multum ponderis habere deberent, præprimis apud Duces Belli, ne simili negligentia , quæ multis exitio fuit, sibi suisq; perniciem accersant. vid. Onosandr. Strategic. in not. ad cap. II. S. de nuntiis admittend.

IV.

15. Quamvis aliquando etiam ad se spectantes Literas non inspicere laudi ducatur; ad evitandam forte suspicio-
16. nem. Ita prudentiores Principum Ministri nihil inspiciunt aut recipiunt ab exteris Principibus suo inscio atque
17. inconsulto. Cujus documenti non nescius fuit Dn. de la Guiche, Praefectus Urbis Lugdunensis. C^{um} enim ei Comes de Viesque, Ducis Sabaudia^t Legatus, literas sui Domini dedisset, illas è vestigio Regi misit; qui factum illud dilaudavit, atque epistolari monito admodum notando, sit illum eruditivit : *Nequaquam erat necesse Literas illas ad me mittere, ut de Tuâ fide mihi constaret, cui ita certa*

estq;

INSPECTION. ALIENAR. LITERAR.

71

atq; spēdata est, ut neq; his neq; eiusquam literā in dubium vocat revocari. Vid. Jo. à Chokier de Legat. cap. 26. pag. m. 63.

V.

Ex aliis quoque causis sēpē non inspiciuntur nec acceptantur ad nosmetipso scriptae literæ; veluti, si ex probabilitibus argumentis præsumamus, eas quid ingrati & injuriōsi continere. Est quippē optimum heroicumq; 19. vindicandi injurias remedium Contemptus. Imo in usū 20. est, si inscriptus Titulus non respondeat Dignitati & meritis ejus cui directæ sunt literæ, remitti eas illi à quo scriptæ sunt. Novi exemplum, quo Capitaneus quidam 21. Provinciæ Siles genere Comes, literas à Principe quodam Imperii ad se scriptas non inspectas remisit, quod ipso modo datus fuerit Titulus, Dem Wohlgebohrnen Graßen/cum ille prætenderet, Dem Hoch- und Wohlgebohrnen Graßen; causatus, hāc compellatione se, ut & cæteros Comites in Provinciis Hereditariis, Sacratisimum ipsum Imperatorem dignari solere. An hoc bene vel male factum penes alios esto judicium. Nos interim Lecto- 22. rem remittimus ad Daniel. Eremit. Iter German. f. Epistolam scriptam de Legat. Magni Hetrur. Duc ad Rudolp. II. ubi aliquot Exempla notantur ejusmodi Controversiarum.

VI.

Suboriuntur hīc duæ Quæstiones:

23.

I. *An quis competentem Titulum sibi denegatum urgere, & denegantem proinde injuriam convenire queat?*

II. *An contra remittentem Literas ad se directas injuriarum agi possit?*

Quod



CAP. III. DE REPUGNANTIB.

Quod primam Quæstionem attinet.

- Præscindendo ab Objectionibus trivialibus de honoribus appetendis, circā prius Membrum Quæstionis nullum censemus esse dubium; cùm urgens Titulum sibi competentem poscat quod sibi debetur. Posteriori autem Membro videtur obloqui *L. injuriarum. 13. §. si quis de honoribus 4 ff. de injur. ubi ad injuriam committendam factum requiritur.* Quodsi ergo factō opus est, non videatur omittendo injuria fieri posse. Sed distinguendum arbitror, an Titulus denegatus sit animo injuriandi, nec ne. Hocce casu cessat injuriarum actio; illo maximē compedit. Potest enim injuria etiam omittendo vel non faciendo inferri. Unde, si quis aliquem tanquam excommunicatum vel bannitum vitaverit, hoc est, congressu & colloquio ejus abstinerit, injuriarum tenetur, *arg. 1. frater. 2 ff. de L. Pompej. de parricid. i. quis quis. §. pen. C. ad L. Jul. Majest. in quibus locis capitalis etiam injuria omittendo, i.e. crimen non revelando, committi dicitur. Clar. Sentent. lib. 5. §. injuria. n. 1. circ. fin.* Nec obstat opposita *L. 13. 28. §. 4 ff. de injur.* Nam non vult JCtus in h. l. sine factō injuriam prorsus non posse committi; sed potius statuit injuriam factū tale factū exigere, quod ad alterius contumeliam vel infamiam tendat; & idcirco non teneri injuriarum qui in causā est, quo minus alicui honores & dignitates decernantur. vid. Harprecht. *Tr. Crim. de injur. p. m. 121. n. 50.*

Quod ad secundam Quæstionem.

29. Iterum hic probe attendendum, ex quali causā & quoniam animo remissio factā. Si per contemptum, sine dubio fundata erit injuriarum actio: cùm etiam nutu inferri possit injuria, modo ex signo aliquo appareat de voluntate & animo injuriantis, Damhoud. in *Pr. Crim. cap. 139. n. 1.*

INSPECTION. ALIENAR. LITERAR. 73

139. n. 1. Thessaur. Decis. 229. n. 1. & seqq. Berlich P. 4. concl. 59.
n. 124. Sed quid si quis ob denegatum sibi studio titu- 31.
lum debitum remittat datas ad se literas? Videbitur for
te ita injuriam injuria compensari posse, per l. viro atque
uxore 32 ff. solut. matrim. & l. si ambo, 10. §. quotiens. 2. ff. de
compensat. At rectius uterque sibi invicem injuriarum te- 33.
nentur; ita tamen, ut provocatus mitius puniri debeat;
c. neganda. 3. qu. 11. l. neganda. 19. C. de his qui accus. non pos. l.
qui reus. s. ff. de Publ. Judic. c. veniens. 16. X. de Jurejur. l. extat.
13. ff. quod met. caus. t. t. C. ne quis in sua caus. t. t. C. quand. li-
ceat unicuique sine jud. Gail. lib. 2. obs. 100. n. 9. & 10. Mynsing.
Cent. 5. obl. 17. n. 3. Wurmser. lib. 1. tit. 47. obs. 4. Non ob-
stant d. l. 39 ff. solut. matrim. & l. 10. §. 2 ff. de Compensat. Re-
solutiones ipsarum vid. ap. Harprecht. de injur. p. m. 130. n.
92. & seqq. & Wurmser. lib. 1. tit. 47. obs. 15.

VII.

Tenetur autem quis aliquando non inspicere alie- 35.
nas literas, quamvis norit eas pro derelicto esse habitas:
ut in materia famosi libelli; ubi inventorem inspicien- 36.
tem seu legentem & non statim lacerantem famosas li-
teras, eadem cum autore & fabricatore poena, capitali
sc. plectendum esse statuunt; Clar. Pr. Crim. l. 5 § fin. qu. 68.
n. 2. Ludov. a Peguer. dec. 77. n. 5. Quod tamen nimis ri- 37.
gorosum foret; potius inventor inspiciens imo & pro-
palans ejusmodi literas extraordinaria solummodo po-
ena afficiendus; præprimis cum Conf. Crim. art. 110. de com-
positore modo loquatur, & exorbitans hæc poena famo-
si libelli potius restringenda sit quam amplianda; vid.
Carpzov. Pr. Crim. qu. 98. n. 20. & 21. cum alleg. & Brunnem.
in Comment. ad l. un. n. 3. C. de famos. libell.

VIII.

Et conductus nonnunquam non inspicere & acce 38.

K

ptare

74 CAP. III. DE REPUGNANTIB.

39. ptare literas ad se datas. Si enim quis recipiat literas, in quibus agitur de eo obligando, & ad eas taceat, easque sine protestatione aliquamdiu retineat, præsumitur eas approbare & fateri contenta esse vera; Mascard. *concl. 627.*
n. 10. Menoch *lib. 3. præf. 65. n. 1. cum plur. allegg.* Paris. *Conf. 127.*
n. 32 vol. 1. Caroc. *de Excus. Bonor. quæst. 6. p. 2. n. 32. cum alleg.*
40. plur. Cuno *de Pac. lib. 1. c. 14. n. 14.* Unde formant cautelam: si quis non valeat aliunde probare debitum, ut scribat literas debitori pro repetitione pecuniæ coram testibus, quibus legat & per unum ex testibus literas transmitat; si ergo Debitor recipiat, nihilque dicat, nec protestetur inspiciendo literas, censetur consentire in Debitum; quam mirabilem cautelam extorquendi confessionem a Debitor dicit Matthefil. *Sing. 22.* vid. Cæpoll. *Cautel. 9. ubi ad fin. cum Bart. dicit:* consulo tamen, quod hac cautela non utaris ad malum, & valebit Tibi mille aureos, si scias eam praedicare. Marfil. *Sing. 334.* Menoch. *de A. J. Qu. cas. 21. n. 3.* & Brunnenm. *in Comment. ad l. 16. ff. de S. Cio Maicd.* ubi n. 6 docet: hanc sententiam vix ex h. l. 16. [que tamen communiter
41. ad id dogma probandum solct allegari] probari posse. Solent tamen scitum hoc multis modis limitari Dd. Quartum imitationum non postrema est: non sufficere simplicem
42. receptionem literarum, imo nec perfunditoriam lectio-
nem; sed requiri, ut probetur lectio, & quod scienter
quis receperit, *gloss. in Clement. 1. in verb. scienter, de Procu-*
rat. præsumitur tamen etiam scientia & tacibus conſen-
fus, si post receptionem literarum effluxerit tantum tem-
poris, ut verisimile sit recipientem inspexisse literas; vid.
Vincent. Caroc. *de Deposit. p. 1. rubr. Depositum per testes. n.*
43. 9. & seqq. Estque alia adhuc Limitatio; si quis recipiendo
vel legendo literas, non quidem expresse protestetur, se
velle illam Epistolam recipere tantum in iis quæ sibi pro-
funt,

INSPECTION. ALIENAR. LITERAR.

73

Sunt, in aliis vero se eam Epistolam recipere nolle; sed simpliciter dicat Nuntio sibi literas reddenti, le Domino responsum dare velle, & postea etiam ex intervallo Domino rescribens exprimat, se ea omnia, quæ in Epistola sibi redita in suum damnum redundare possunt, negare vel improbare; tunc enim, perinde atque si statim post literas redditas atque lectas hoc protestatus fuisset, hæc Epistola contra recipientem fidem nullam facit; Vid. Schrader. *in repet. L. admonendiff. de Jurejur. n. 272.*

IX.

Specialiter in Literis Cambii (in Wechsel-Briefen) 44 notandum: non teneri eum cui facta est Træssa (auff den Wechsel gezogen ist) inspicere & acceptare literas Cambii, nisi ipsi etiam mittantur Literæ d' Aviso. (*Uvis: Briefe.*) Siquidem hæ Literæ fundamentum sunt acceptio 45 nis: *Ord. Lips. de Camb. §. 27.* Quamvis de Literæ d' Aviso solæ 46 non sufficient, si Literæ Cambiales defecerint; Marquard. *de Jure Mercat. l. 2. c. 12. n. 47.* estq; recepti juris, ut si is 47 cui Træssa facta, literas acceptare nolit, unusquisque Tertius Cambium illud acceptare & solvere, indeq; sibi Actionem negotiorum gestorum acquirere possit contra Træssantem; vid. Marquard. *d. l. c. 12. n. 44.* Sed hoc casu 48 pro Tertio cautela est, ut ad solutionem Cambii, cuius Tracta in alium facta, non prius se offerat, nisi protestatio facta contra illum in quem facta est Tracta. Recepti enim moris inter Mercatores est: Dass kein Kauffmann 49 besugt sey/diesenigen Wechsel so auf einen andern gezogen oder trasfiret/ zu acceptiren/ oder durch acceptation derselben sich zur Zahlung zu obligiren/ bevor derjenige auf welchen der Wechsel trasfiret/ de non facta solutione vel acceptatione protestiren lassen. Vid. Dn. Stryk. *de Cautel. contrad.*
Sed. 3. cap. 5. §. 14.

K 2

X. Hæc

50. Hæc & similia faciunt ad Negationem Inspectionis;
sequuntur postremo Privationem inducentia.

51. Impetrato Rescripto Principis insinuandum est il-
lud, & quidem in Originali, ei adversus quem impetra-
52. tum fuit; alias nullius est effectus: accipit enim robur
ex die præsentationis. *L. Sancimus 3. & ibi Jas. n. 1. C. de di-*
vers. Rescript. Cravett. Conf. 50. n. 9. quod de Rescriptis Ju-
53. stitiae intelligendum; nam in Rescriptis gratiæ tempus
attenditur dati; c. si eo tempore. 9. de Rescript. in 6. Matth.
de Affl. & decisi. 253. n. 2. Vincent. de Franchis dec. 326. n. 1. & 2.
54. *cum alleg. ibi. fiuntque caduca Rescripta, ni intra annum,*
qui ex eo quo Rescripta dabantur computatur, præsen-
tata aduersæ parti fuerint; c. si autem 9. & c. plerumq; 23. X.
de Rescript. quod iterum de Rescriptis Jusitiae exaudiens-
55. *dum. Sed videtur obstare l. falsa 2. C. de divers. Rescript.*
ubi dicitur: quæ ad jus rescribuntur perennia esse debe-
56. *re. Unde in hoc punto Interpretum aliqui differenti-*
am inter Jus Canon. & Civile statuant. Guid. Papæ decisi.
135. in Annot. Brandmuller. Manuduct. ad Jus Canon. & Civ.
invoc. Rescripta p. m. 401. Joh. Strauch. Dissert. Acad. III. th.
57. *s. 2. Sed non est facile inducenda inter Jus Canonicum &*
58. *Civile discordia, nisi hoc aperte expressum sit. Dicen-*
dum ergo potius, dictam l. 2. C. de divers. Rescript. loqui
de solo anni lapsu, qui non tollit Rescriptum: adeoq; Re-
scripta ad lites perpetua esse, & tamdiu durare, quamdiu
Actio seu Jus durat, super quo impetratur: Dictum cap.
cum plerumque 23. X. de Rescript. autem loqui de eo casu; si
dolo vel negligētia is, qui Rescriptum impetravit eo in-
tra annum non utatur: tunc Adversarium ejus experiri,
& aliud Rescriptum impetrare posse; illudque posterius
valere, licet nullam prioris mentionem faciat. vid. Brun-
nem.

INSPECTION. ALIENAR. LITERAR. 77

nem. in Comm. add. l. 2. c. de div. Rescript. cum alleg. itemque
Fachin. Controv. l. 8, c. 65. conf. Cod. Fabr. lib. 1. tit. 12. def. 6.

XII.

Quodsi etiam in privatis Literis Lator earum moram commiserit, tenebitur ad interesse; si vel mittens vel ad quem missæ fuerunt Literæ aliquod fortassis damnum ex mora perperissus fuerit L. fin. C. d. Fabricens. l. 11. Nicol. de Passer. d. Priv. Script. l. 3. dub. 1. n. 32. Vivius De-
cis. 62. n. 12 Decian. Tr. Crim. l. 7. cap. 7. n. 46. Non sunt enim negligenter habendæ Literæ creditæ. Quare, si officium curforiorum (Post Officiorum) Literas justo diutius detineat, vel occultet, damnum inde exortum Postorū Præfectus omnē resarcire tenetur; ita quidem, ut si faceret negligenter distribui Literas, vel eas periculoſe detineret & ferro redderet, vel occultaret, actio ex L. un. C. d. Jent. quæ pro eo quod interest profer. contra ipsum institui possit. Licitum tamen est Tabellario vel Præfecto Postorū tamdiu Literas retinere donec ipsi converta vel solita merces persolvatur. Hörnigk. d. Regal. Postar. jur. cap. 13. theorem. 19. Quid vero si Tabellarius vel Cursor publicus dicat, se amississe Literas, vel furto sibi eas esse subtractas? Non excusabitur. Cum enim ad custodiā Literarum tenetur, incumbit ipsi onus, nedum probandi causam sequitæ amissionis, sed etiam justificandi, quod sine sua culpa contigerit; Bart. in L. si quis ex argentariis 6. §. ann. nechare. din. 4 ff. de edend. Handed. vol. 1. p. 2. cons. 19. n. 17. & 18. Gab. de Parex. & Quesad. de Univers. Instrument. edit. Tit. 7. Reſol. 8. n. 38. Advertendum enim, quod quando quis tene-
tur ad custodiā scripturarum, vel aliarum rerum, & id ex officio, non admittitur ad probationem amissionis, ve restitutionis per solum Juramentum; sed aliter tene-
tur justificare casum fortuitum amissionis, vid. Mascard.
de probat. concl. 88. n. 7. Nam illi qui ex officio tenentur ad 66.

K 3

custo.

78 CAP. III. DE REPUGN. INSPECT. AL. LIT.
custodiam scripturarum, obligantur praesce ad earum
exhibitionem; unde allegando quod eas non habeant,
quia forte illa sibi subtractae, non audiuntur; vid. Paul.
Rub. Quest. practicabil. pralud. n. 253. cum allegz.

XIII.

67. Si autem Tabellarius vel Cursor legitime probet, se
in Latrones incidisse & spoliatum esse, forte vero fasci-
culi Literis additi forent, quibus aurum vel Clinodiæ
continerentur; cujus erit Periculum? Pro varietate ca-
suum contingentium, aliquando Postæ Præfecti; ali-
quando illius qui aurum vel Clinodias accipere debuit;
aliquando etiam ipsius Cursorius. De quibus vid. Virg.
nigl. alleg. Tr. cap. 13. theorem. 18. Virgil. Pingitz. qu. 48. per
tot. & Berlich. p. 4. concl. 58. n. 15. & seqq.

XIV.

68. Et si alii quam cui inscripte sunt Literæ redderentur; ut est Exemplum in
L. Tatio 36 pr. ff. ad municipalem, vel actione in factum adversus Latorem ex-
periri, vel ipsum pro concurrentibus dolosis circumstantiis criminis stellionatus,
vel falso accusare licet. Bartol. ad d. l. 36 ff. ad municipal.

XV.

69. Quod denique juris de eo Tabellario, qui Literæ in aliquem locum perfe-
rendas accepit, sed eas in itinere vel in locum paludosum abiecit, vel dilaceravit,
vel sub arena occuluit; & nihilominus integrum mercedem, quæ Literæ ad lo-
cum destinatum pertulisset, petiit & acceptit, vid. late Jacob Thüming Decif 34.
70. per tot. Si quoque absque mercede accepta jacerentur vel comburantur Literæ
quæ pena locum habeat vid. Nicol. d. Päffler. d. Prist. Script. lib. 3. dub. 1. n. 28 29.
& seqq. cum allegat. ibi. Deducta enim deducere, quare non supefideamus?

EΠΙΛΟΓΑ.

Hæc itaque sufficient pro Exercitatione Academica; quam revinditore Me-
thodo tractasse vix a nobis expectari potuit. Ita enim Materiam præsentem
comparatam esse arbitramur, ut veluti personata in conspectum produci neque-
at; hoc est, ea Methodo iisque partitionibus tradi, ut omnia pro�us com-
plexi & conclusa videantur. Est quippe materia hæc de hominum Actionibus;
quæ sparguntur in vita communi, non ordine componuntur: adeoque magis
iisdem conducunt sparsa documenta, quam Traditiones methodicæ. Hoc eti-
ati est quod nos movit, sub Aphorismis hæc tradere; ut nimirum locum
relinqueremus aliis subdendi ampliora hinc nostris exiguis.

SOLI DEO LAUS ET GLORIA.

ULB Halle
002 404 370

3



St-

107

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



24. Q. D. E. V.

DISSERTATIO JURIDICA,
DE

INSPECTIONE ALIENARUM LITERARUM,

1690, 96

Quam

DIVINA ANNUENTE GRATIA.

ILLUSTRI JCTORUM ORDINE
IN ALMA HAC VIADRINA

APPROBANTE,

PRÆSIDE

MAGNIFICO UNIVERSITATIS RECTORE

DN. THOMA Siegfried Ring/
J. U. D. & Profess. Publ. Ordinar.

PATRONO Ac PROMOTORE Suo

ÆTATEM DEVENERANDO,

IN AUDITORIO JCTORUM

Horis. Matutinis

Placido Eruditorum Examini submittet

A. & R.

Bottfried Wilhelm Grundmann/
BREGA SILESIUS.



Francfurti, Typis CHRISTOPHORI ZEITLERI, 1719.

